

XV, 59.

~~11~~ 4,390.

Philib. de la Marre.

P. D. M.

V I T A

HVB. LANGVETI.

EDIT

IO. PETR. LVDOVICVS,
in Fridericiana Professor.



IMPENSIS A. DVARRAT
BIBLIOP. HALLENSIS.

M. DCC.

*La Vie de Langvet, tirée de la précédente
V. dans les Mémoires de Nicéron, Tom. III.
pag. 292.*

x

VIT
HVB. LANGVETI
FERT
IO PET. LUDOVICVS
in



IMPERIALIS A. DVRRAT
BIBLIOTHECA
MDC

I
S
T
A
D
N



PERILLUSTRI AC
GENEROSISSIMO

D. IO. PAVLO
A FVCHS,

SERENISS. ATQVE POTEN-
TISS. ELECTORI BRANDENB.
A CONSILIIS AVLAE AC
LEGATIONVM,

DOMINO MALCHOVIÆ, HEI-
NERSDORF, FVCHSHOEFEL,
WEDERAV, WEDIN, ET
RELIQVA,

MAGNI PARENTIS
VNIGENAE

S. P. D.

IO. PETR. LVDOVICVS.



Ulae opera
magno pa-
rentitvo nu-
per inscripti;
illorum parentem effe-
ctoremque TIBI nunc
offerro, paterni nomi-
nis unico dignissimo-
que heredi. Ita enim ad
eam adducimur spem
literati omnes, fore, ut
inter ceteras virtutes il-
lam quoque in literas
benevolentiam profe-
qua-

quaris, de laribus tuis
per meliorem orbem
maximis semper laudi-
bus celebratam. Neque
speramus hoc tantum;
sed confidimus prorsus:
cum nihil, quod ad cul-
turam ingenii, forman-
dumque ac perficien-
dum animum faceret,
videaris omisisse. In
studiis quippe litera-
rum versatus es, non ut
vulgares vias decurre-

):(3. res

res; sed per reconditos
aditus ad interiora face-
res iter. Quapropter ne-
que per alios proficere,
quam per illos debuisti,
quorum quilibet in ali-
quo scientiae genere
suae aetatis tenet prin-
cipatum. Duumuiros
praeceptores nactus es,
sub quo pari ad inuidi-
am aliarum creuit Vl-
traiectina. Cocceium,
Graeuiumque laudo, il-
lum

lum diuini aequae ac hu-
mani iuris ocellum;
hunc literarum generis
cuiusuis vindicem ac
assertorem. Quem u-
trumque cum audires,
non, quod vulgarium
magistrorum est, ex ri-
uullis, sed limpidissimis
fontibus te haurire, in-
tellexisti. Ne tamen
scholae magis, quam
aulae disceres; longissi-
mis multorum regno-
rum

)(4

rum

rum itineribus te com-
misisti, non matris sinu,
non parentis amplexu,
quamuis VNIGENA, re-
tractus. Per aliquot an-
nos in Belgis versatus
es, non tantum ut lite-
ras coleres; sed ut mo-
res, instituta, leges di-
sceres gentis, Principi
tuo vicinae. In Galliis
etiam stetisti aliquan-
tum, ut in decore ac ha-
bitu istius aulae sub
grandi

grandi magistro profi-
ceres, & usu rerum &
scientia nulli secundo.
Italiam deinde firmio-
ri iam animo salutasti:
ut TIBI in morbis con-
stares, qui genium istius
terrae urgent, faciles
vero sunt, ad tenellas
mentes circumuenien-
dum. Quas tandem
exterorum prouincias
cum ita erudite esses e-
mensus, ne, quod pleri-
que

):(5

que

que peccant, patria TIBI
peregrina maneret;
potissimas quoq; Ger-
maniae aulas, urbes-
que vidisti, Principes ac
primarios quosque eo-
rum ministros salutasti.
Apud quos omnes eo
facilior TIBI accessus pa-
tuit, quo fama paterni
nominis est illustrior.
Summatim comple-
ctar, doctrinas aequae ac
peregrinationes TVAS
ad

ad eam rationem ad-
commodasti, ut ani-
mum publicis demum
negotiis tractandis di-
gne praeparares. At-
que ad hunc scopum,
quem adolefcens & iu-
uenis in oculis habuisti,
ut eo felicius collima-
res, & quae ex tot gen-
tium rationibus, mori-
bus institutisque ob-
feruasti, ipso nunc re-
rum usu tractare disce-

);(6 res,

TIBI
ret;
Ger-
bes-
s ac
eo-
asti.
s eo
pa-
erni
ior.
ole-
e ac
VAS
ad



res, animumque for-
mares promptum in
consiliis, in expeditio-
nibus facilem, in euen-
tibus praevidendis cau-
tum, in obtinendis feli-
cem, uno verbo dicam,
curis pragmaticis o-
mnino adfuetum: mox
ab eo, quo redux in pa-
triam es factus, ne tibi
temporis aliquid fru-
stra abiret, a benigno
Principe Sparta tibi o-
stensa

for-
in
itio-
uen-
cau-
feli-
am,
o-
nox
pa-
tibi
fru-
gno
o-
nsa

stensa commissaque, ad
quam egregie dein-
ceps exornandam do-
ctrinæ modos omnes
viresque ingenii ac-
commodares. Quae
certe muneris tui ratio
causa non minus esse
potuit, opusculi huius
nomini tuo inscripti.
Vitam quippe plurimum
Regum ac Principum
Legati TIBI offero; qui
legationibus a PRIN-
CIPUM):(7 CIPE

CIPE TVO es praefectus:
res ab eo gestas, qui in
negotiis publicis aeta-
tem egit, tuis oculis si-
sto, qui his curis ani-
mum iuuenis despon-
disti: eum denique, qui
mortuus est legatus, vi-
tae tuae in exemplum
do, ad quem, ceu ad
perfecti publici orato-
ris imaginem possis re-
spicere. Qua in re, ne
nimius fuisse videar,
non

non repetam elogia
Langueti, a tot viris il-
lustribus decantata. Id
fermone cuiusdam a-
mici nuper accepi, ma-
gnum parentem tuum,
literis Langueti legen-
dis, hoc anno vernale
otium suum in isto Mal-
chouii Tusculano, fe-
cisse. Eundem ergo a
filio fauorem sibi au-
ctor hic promittit vitae
Languetianae. Mihi
vero,

vero, qui alienos hic
obsides meae erga TE
obseruantiae do, alia
etiam argumenta fi-
dem faciunt, fore, ut
conatum hunc meum
beneuolo sis adfectu
adprobaturus. Licuit
sub clientela FVCHSIA-
NI nominis, ceu com-
muni bonorum omni-
um asylo, mihi nuper
securo esse, contra quo-
rundam insultus inui-
dorum,

hic
TE
alia
fi.
ut
um
ectu
cuit
SIA-
om-
ani-
per
uo-
ui-
am,
dorum. Hanc acce-
ptam a maioribus lau-
dem maximae huma-
nitatis in gente tua TE
non minus seruatu-
rum, cum alia multa,
tum ille infucatus can-
dor tuus fidentio-
rem me reddit, quo meum
etiam animum non u-
no beneuolentiae ge-
nere, in Pactione Ris-
vicensi, ista legatoria
schola, cui cum fructu,
in-

intereras, deuinxisti.
Vale, uiue atque ad vir-
tutis ac fortunae sum-
ma quaeque fastigia
effloresce.



HV



orum
oppid
um a
ad Pra
eo La
posuit
gro tr
Lang
ne M
Regul
sangu
cebat

HVB. LANGVETI

LEGATI,
DVM VIVERET

ET

CONSILIARI SAXONICI.

VITAE.



St in eo Galliae Bur-
gundiae tractu, quem
Alsensem vocant, o-
lim Mandubios, Lin-
gonum inter & Aedu-
orum fines, non obscuri nominis
oppidum *Vitellium*, cuius domini-
um a Cabillonensibus Dynastis
ad Prateos venit, iam pridem in
eo Languetorum familia sedem
posuit, illuc ex Sombernonis a-
gro translata, vbi Lambertum
Languetum, gentis caput, a Ioan-
ne Montacutro Sombernonis
Regulo, qui a Regio francorum
sanguine per masculos genus du-
cebat, variis priuilegiis allectum

A

&

& dignitatibus ornatum fuisse fe-
runt circa annum MCCCLXXIII
Ex hoc Lamberto, velut ex vber-
rimo fonte Languetorum gen-
omnis in plures diuisa ramos Ca-
billonum, Diuionem, Lutetiam
regni caput, atque etiam per affi-
nes in Poloniam se effudit. restan-
tur quippe gentilitiæ Langueto-
rum tabulæ, Salmedeam Sauiam,
Ioannis Sauii Augustodunensis
Pontificii commentariensis ex Io-
anna Arlæa filiam, Alberto Lasko
Syradiensi Palatino solemnibus il-
lius Legationis, quæ an. MDLXXIII
Henrici Valesii Andium Ducis
electi Poloniae Regis salutandi
causa in Galliam venerat, post
Adamum Konarskium Posnani-
ensem Episcopum, principi nu-
ptam fuisse. Arlaea autem paren-
tes habuerat Hugonem, regium
in Augustodunensi præfectura
aduocatum, & Annam Chassane-

am

am, E
risco
dele
guet
semp
vt ma
forte
integ
res fu
rit.
lii Hu
vitam
anno
Theo
nonib
um ve
carum
anony
cum r
dus f
Manc
stus T
tentia
dubio

am, Bartholomaei, celeberrimi Iurisconfulti, & Aquensis Senatus delegati Principis ex Petrina Langueta filiam. Coeterum ea fuit semper, Languetorum vitae ratio, vt maiores dignitates exosa, & sua forte contenta, probitatis, fidei, & integritatis laudem apud populares suos tulerit semper, & meruerit. Ex ea gente natus est, Vitellii Hubertus Languetus, cuius vitam scribere consilium mihi est, anno MDXVIII. Cur vero illum Theodorus Beza, Vizeliaci in Senonibus natus, conterraneum suum vocet, epistolarum Theologiarum quinquagesima prima ad anonymum scripta, non video: cum rectius inter Aeduos censendus fuisset, quibus olim suberant Mandubii. quam Iacobus Augustus Thuanus, vir maximus sententiam secutus est, nisi vt Mandubios, sic Senones in Aeduorum

fide & clientela fuisse dixeris, quod magis arridet, & Caii Iulii Cæsaris calculo confirmatur. Pater Huberto Germanus Languetus, nobilis genere, arcis *Vitellien-*
sis tunc munitissimæ, sed post sedatos bellorum ciuiliū tumultus dirutæ præfectus. Mater Ioanna Deuoyota Augustodunensis. Fratres habuit *Claudium* a fundo clientelari Combesium dictum, Catharinæ Medicæ Regum matris primum cubicularium, qui tandem aula, in qua diu vixerat secessus, uxorem duxit apud suos Marcellinam Piuertiam. *Vidum* præterea Languetum, vnus fuit Cancellarius ducis Sabaudiaë credo illum fuisse, de cuius fortuna nihil mihi certi compertum est. Sorores illi Anna Claudii Pigeti Vitellienfis Praetoris coniux, & Petrina Antonio Spiardo Antonii ex ordine sacro Diuionensis Senato-

nato
 ergo
 illa
 oste
 ra &
 ad l
 men
 Pere
 post
 stud
 pop
 tatis
 bitu
 defu
 tns,
 med
 tate
 Eto
 rum
 Tan
 toto
 ron
 vasi
 que

natoris ab auo nupta. Hubertus
ergo Languetus cum iam prima
illa ætate clarum ingenii lumen
ostenderet, non tam parentis cu-
ra & studio quam propria indole
ad liberalium disciplinarum ele-
menta traductus est. Iacobum
Perellum Castellionensem, qui
post institutum bonarum artium
studiis Guillelmum Philandrum
popularem suum, primæ celebri-
tatis medicus postea Lutetiae ha-
bitus est, praeceuntem secutus. Nec
defuit his conatibus felix euen-
tus, adeo ut, nouennis plusquam,
mediocrem latini sermonis facul-
tatem sibi comparauerit, quo fa-
cto parentum spem & præcepto-
rum expectationem præuertit.
Tantus autem literarum amor,
toto triennio, quo sub *Perello* Ty-
ronicium posuit, Languetum in-
vasit, vt cum assidue perurens ne-
que dies conquiescere, neque
noctes

noctes fineret: vnde factum est, vt omnes breui superauerit difficultates quae ad maiora properantem remorari solent. Cum itaque legitimam aetatem attigisset, peregrinandi ardore incitatus, in *Germaniam* profectus est, cuius peregrinationis veniam eo facilius a parente impetrauit, quod etsi prompto esset alioquin ingenio, iudicio exquisito, & tenaci memoria praeditus, ad obeunda tamen domestica negotia, ad quorum sollicitudinem a parente destinabatur, minus videretur idoneus. Et sane non raro euenit, vt quorum indoles ad praestantia fertur, iis ad rerum familiarium procuracionem desit industria, siue ita sit a natura comparatum, tanquam eos intelligi velit ad maiora natos, siue quod eminentis ingenii vigor nescia humiliora tractare. Primum Langueto Ger-

Ger
fuit,
vt ai
tur,
biur
relig
pon
pub
rup
ribu
con
spec
min
tun
teba
qua
fun
con
vno
fact
dece
Ecc
esse
con

Germaniam visendi consilium, fuit, quod ibi tunc de reformando, vt aiebant, Ecclesiæ statu ageretur, speraretque Languetus dubium adhuc & inquietum circa religionis dissidia animum componere. Is quippe tunc erat Reipublicae christianae status, vt corruptis Ecclesiae ministrorum moribus ad reformationem iure conclamaretur ab omnibus: cuius specie decepti plerique non tam ministrorum emendationem, tunc maxime necessariam, expectabant, quam Ecclesiæ ipsiusmet, quæ in angulari lapide Christo fundata, vt neque concuti, nec conuelli potuit, ita nec a recto vnquam aberrare. Quamobrem factum est, vt, hausto semel hoc *deceptionis poculo, pauci eorum, qui Ecclesiam in melius mutandam esse contendebant, ad saniora consilia reuocati sint.* Ex iis

autem fuit Languetus, qui in prima statim adolescentia libros, qui disputationes de religione continent, sine delectu avidissime perlegit, & complures eo in studio annos contriuit; cum nulla re magis inter legendum offenderetur, quam quorumdam seu in disputando, seu in scribendo acerbitate. Oderat quippe rixas & iurgia, praesertim inter eruditos, ac turpe esse dicebat, viros literarum gloria conspicuos canina plusquam rabie se inuicem conuiciis & maledictis proscindere ac dilacerare. Sub annum autem MDXLVIII. a Germano quodam rerum theologicarum locos communes a Philippo Melanchthone conscriptos dono accepit, quos eodem anno quater aut quinques inter peregrinandum perlegit, eorumque auxilio, tanquam Ariadnes filo, vt inquebat,

bat, cœpit varia, quæ illius animum pridem agitauerant dubia discutere, & Melanchthonem ab eo tempore tanti aestimare, vt reliquos coecutire ac propriis affectibus indulgere iudicaret, vnum autem sapere Melanchthonem, cuius tanta fuit apud Eterodoxos fama vt rerum theologicarum loci communes ab eo editi paucis post, annis, viuo ipso Melanchthone palam & publice in academia Vittebergensi praelecti sint, quod, vt opinor, ante illum nulli contigit. Tandem vero consultis Lipsiae Protestantium theologorum principibus eorum doctrinam Languetus amplexus est. Ioachimo Camerario magna cum nominis celebritate literas humaniores in ea ciuitate profitente vsus & amico, & præceptore & hospite. Sed cum Germaniam religionis causa turbari animadverteret,

teret, statuit in Italiam proficisci
Languetus, donec rebus compo-
sitis tutum sibi in ea regione do-
micilium constitueret. Patavii
itaque anno solido iuris civilis
scientiæ se dedit, & doctorali lau-
rea insignitus est. Attigerat iam
tricesimum ætatis annum, nec in-
genium tantum liberalibus disci-
plinis excoluerat, sed & iudicium
quoque in ea etiam ætate ad re-
rum delectum, ad efformandos
mores & tractanda publica nego-
tia clarorum virorum usu & ex-
perientia instituerat. Placuit in-
ter ea Bononiam, quæ se ambitio-
so titulo studiorum matrem vo-
cat, excurrere. quo tempore nar-
rat in Philippi Melanchthonis vita
Ioachimus Camerarius elegantis
illius & multiplici eruditione re-
fert de anima libri a Melanchtho-
ne non ita pridem scripti lectione
Languetum tanta videndi aucto-
ris

ris cupiditate incensum fuisse; ut nihil habuerit prius quam peragrata celeriter Italia propere in Germaniam redire, maxime Wittebergam, ubi tunc agebat magnatum eruditionis cum *sedatæ* mentis Theologi fama Melanchthon, ut, quam conceperat absens doctrinæ illius opinionem, eam præfens expleret, quod an. MDXLIX. contigit. Præsertim vero ut illius sententiam de controuersis Dominicæ Cœnæ Lutherum inter & Heluetios, qui Zuinglii dogmata sequebantur, quaestionibus exquireret, quod Malanchthon humanissime præstitit, intima animi sui sensa Langueto aperiens, quibus ille reliquo vitæ suæ tempore acquieuit, quidquid illi ab inuidis & æmulis, dum in Augusti Saxonix VII viri aula versaretur, obiectum. fuerit quasi epexegetis de cœna Domini a Gasparo Peu-

ceromelanchthonis genero & aliis iuxta Helueticam confessionem disseminatae consilio participasset, quod & nos infra pluribus dicemus. Viso semel Melanchthone non discessit ab eo deinceps Languetus, donec ille vita functus est, quod post annos XII. contigit, quibus pari studio cultuque inita & firmata inter vtrumque amicitia creuit & adoleuit, ita vt Melanchthonem Languetus parentis vice coleret, Melanchthon vero Languetum filii nomine dignaretur, cuius rei testimonium infigne habetur in Melanchthonis vita a Ioachimo Camerario scripta, quod quia Langueti mores & ingenium describit eleganter, placuit heic transcribere.

Gallicae autem nationis Hubertus Languetus nobilis Hedusus, Burgundi nunc nominantur, multis annis vixit, versatusque est

est
ne
ann
ipso
ter
nu
tur
nis
ru
XII
ato
gn
ne
de
ber
vir
vir
auc
pru
cid
na
mi
ciis
fur

est apud Philippum Melanchthonem cum Wittebergam venisset anno Christi MDXLIX, neque ab ipso discessit nisi interdum per intervalla quaedam peregrinationum, quibus mirifice delectabatur, donec Philippi Melanchthonis vita in terris duravit, ut horum consuetudo annum attingat XII. Erat autem Philippo grata, atque iucunda multarum magnarumque rerum, quas ille tenebat, commemoratio, & oratio de Regibus, Principibus que, gubernatoribus, & aliis sapientia, virtute, doctrina praestantibus viris horum temporum. Neque ego audiui vllum alterum, qui tam prudenter & certo & plane, dilucide, diserte exponeret quidquid narrare instituisset, non ille in hominum nominibus falli, non iudiciis temporum errare, non confundere rerum negotiorumque

A 7 feriem,

feriem, erat autem in eo singularis sagacitas in notandis hominum naturis, & coniiciendo quo quisque suoapte ingenio deferretur & quæ esset voluntatis inclinatio. Consiliorum etiam solertissimus aestimator, & euentuum futurorum prouisione admirabilis. Hunc lectio libri cuiusdam in Italia, vbi tunc ipse degeret, a Philippo Melanchthone compositi cupiditate incenderat, videndi autorem illius, & ea stimulos perpetuo admouens perpulerat tandem, vt in Germaniam veniret & Wittenbergam se conferret, vbi more consuetudineque sua accepit eum Philippus Melanchthon humanissime, & perspecta virtute integritateque illius, secum esse libenter passus est, quo ad vixit, & obseruantiam fidemque ipsius est expertus, summam erga illum beneuolentiam perpetuo retinens

nens, suntque saepe auditi sermo-
 nes Philippi Melanchthonis prae-
 dicantes accurate Huberti probi-
 tatem & studium veritatis & pru-
 dentiam & explicatam cognitio-
 nem atque scientiam earum re-
 rum, quarum periti & sibi laudem,
 & aliis vtilitatem acquirere con-
 ciliareque consueuerunt. Hu-
 bertus vero eam grati animi si-
 gnificationem honorem que Phi-
 lippo viuo & mortuo meritorum
 recordationem pietatemque
 praestari semper studuit, vt per-
 spicue declararetur animi ipsius
 singularis erga illum affectio,
 quem omnibus officiis praesen-
 tem coluisset, & cuius erepti no-
 men honore venerationeque
 perpetua & memoria desiderio
 ac lachrimis prosequeretur. Ha-
 etenus Camerarius.

Languetum referente Came-
 rario diximus solidis XII. annis
 ad

adhæſiſſe Melanchthoni, niſi per interualla, quædam peregrinationum, quibus mirifice delectabatur. Cœpit autem anno MDLI. varias inſtituere peregrinationes, adeo vt quotannis aliquam Europæ regionem circa autumnum perlustrandam ſuſciperet, vnde appetente hyeme Wittebergam reuerteretur. Primum illi conſilium fuit excurrere in Caſſubios, impetrata prius a Melanchthone ad Ioannem Placotomum Muſtadienſem amicum e; multis hac commendatoria epiſtola.

Hanc epiſtolam dedi huic viro honeſto & erudito Huberto nobili Burgundo, cuius integritas mihi conſuetudine triennii cognita eſt, vidit Italiam, Hiſpaniam & Galliam & vere πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἔθνεα, καὶ νοὸν ἔγνων.

Multorum mores hominum vidit & vrbes,

Scio

Scio tibi sermones eius voluptati fore, nunc videre vult littus vestrum & Sueciam; quaeso vt istic in quaerenda naui eum adiuves, MDLI.

Nactus est Placotomum Languetus occupatum in vertendo, scholiis que illustrando post Ioannis Guinterii Andernaci curam Polybi. Placotomus vero Languetum nullo non officii genere profecutus est. Ex Cassubiorum littore breuis Langueto excursus fuit in Sueciam, adeoque Holmiam principem illius ciuitatem, vnde hyeme aduentante Wittebergam remeare coactus est. Appetente autem anni MDLIV. aetate, quod illi singulis annis erat solenne, Languetus Augustam Vindellicorum profectus est, vt amicos, quos habebat in ea vrbe, complures, inuiseret, & inter eos Gasparum a Nidbrack Maximiliano

Scio

liano

liano Bohemiæ Regi ab intimis
cõfiliis. Non omisit Melanchthon
datis ad Ioannem Baptistam Hen-
celium consulem Augustanum
literis, Languetum nouis insuper
demereri beneficiis, nec pigebit
eas exscribere vt in editione Lon-
dinenfi habentur.

Decreuit hic noſter hospes, vir
doctus & honestus Hubertus
Languetus nobilis Burgundus
proficisci Augustam ad Gaspa-
rum a Nidbrack consiliarum Re-
gis Maximiliani, & forte literas ad
te ab aliis adferet de causa sui iti-
neris, quaeso vt eum amanter ex-
cipias. Scio prudentes viros iudi-
care non ex hoc genere epistola-
rum de ignotis, sed habere alias
coniecturas certiores. Est enim
animi character sermo, vbi cum
Langueto collocutus fueris, de-
lectaberis non solum sermonibus
eius, qui sunt pleni prudentiæ sed
etiam

etia
qua
vid
ris
pte
nem
D
Lan
ciui
solu
Aug
XV
rian
feto
me
trib
se n
tib
est,
ro,
&
ced
Fir
qu

etiam modestia, quæ in hoc viro, quamquam pene totam Europam vidit & multa cognouit, singularis est. Diliges igitur eum & propter multarum rerum cognitionem & propter optimos mores.

Dum Augustæ moraretur Langueto, naturae debitum in ea ciuitate quæ illi patria fuerat, persoluit Xystus Betuleius, qui cum Augustano Gymnasio per annos XVI. praefuisset, remque Literariam qua voce, qua iuuisset, ornassetque, a Ioanne Baptista mox a me dicto & Paulo Henceliis fratribus Augustanis vicem bene de se merito praeceptorum rependentibus, ibidem honorifice sepultus est, & hoc lubentius commemoro, quod maxima Betuleium inter & Languetum necessitudo intercedebat, adeo vt eum Lactantii Firmiani operum editionem, quam postea Emanuel F. publi-

blicauit, adornaret Betulieus, non dubitauerit Languetus codices, quos habebat MSS. ad eum transmittere, vt illorum ope editionem hanc omnium sane optimam instauraret. Anno altero cum ad peregrinationem Gallicam & Italicam secundo Languetus se accingeret, Bibliotecarum forulos penitus inspecturus, viro multis sibi nominibus Carissimo coniunctissimae necessitudinis tesseram obtulit vltro Melancthon, quam ex Autographo quod a me inter Cimelia asseruatur publici iuris facio, ne viri maximi quidpiam, me conscio, delitefcatur.

S. D. omnibus lecturis has literas. Extat apud Clementem Alexandrinum Heracliti versus in quo describi vitam Philosophicam inquit

πολλὰ

πολλὰ πλάνη θῆναι διζήμενον ἔμ-
μεναι ἔσθλόν

hoc est,

Inquisitionis causa peregrinari, & retinere mores incorruptos. Talis est huius Huberti Langueti, nobilis Burgundi vita, qui cum iuris ciuilibus studio se præcipue dedit, & clarissimos Iurisconsultos in Gallia & Italia audiuerit, existimauit ad eam doctrinam adiungendam esse considerationem iudiciorum & politiarum in multis regionibus. Itaque pene totam Europam perlustrauit, nec tantum vrbes vidit, sed ut Homerus inquit,

ἢ νόον ἔγνων.

Iudicia de honestis rebus, doctorum sententias & gubernatorum exempla considerauit, ac vt Heraclitus iubet retinere mores incorruptos, hic Hubertus, non habet contagia peregrinorum vitiorum,

rū, sed naturae firmitatem ostendit integritas morum, quae in eo eximia est, & cum cognitione plurimarum rerum in eo coniuncta est singularis modestia. Nunc quoq; doctrinae causa in Italiam & in Galliam vt bibliothecas inspiciat, quod faustum & felix sit, redire decreuit. Tales causas qui peregrinationum habent in itineribus praecipue tuendi sunt. Gratitude enim debetur iis qui labores suscipiunt, adeunt pericula & sumptus faciunt, vt multorum cognitis iudiciis doctrinam aliis communicent, & prolati veteribus monumentis bona fide artes illustrent. Hanc ob causam olim Reges publice Legatos ad claras vrbes mittebant. Haec igitur honesta consilia omnium officii inuenda sunt. Bene vale,
Can-

Candide Lector anno MDLV.
Calendis Iunii

†

locus Sigilli.

PHILIPPVS MELANCHTHON,
manu propria.

Addidit & ad Ioannem Bellaium Cardinalem literas Melanthon, quibus illi Languetum commendabat, procurabat autem Romae tunc Res Gallicas Bellaius, qui a Francisco I. Rege maximis negotiis tractandis adhibitus, plurimas legationes summa cum prudentiae fidei & industriae laude obierat, eiusque commendatione in Cardinalium Collegium cooptatus fuerat: sed Francisco viuis exempto pristinae dignitatis & gratiae loco, Caroli Cardinalis Lotharingi, qui clam illi aduersabatur, artibus deiectus Romam secesserat, vbi regni negotia magna

gna cum laude tractabat. Hanc
 porro epistolam ex Melanchtho-
 nis epistolarum editione Londi-
 nensi excerpimus. Cum in Ita-
 liam Languetus rediret, vt biblio-
 thecas inspiceret, potissimum ei
 literas ad te dedi, quem sciebam
 viros bonos, doctos & moderatos
 libenter complecti, nec vero plus
 ei meum testimonium, quam su-
 am virtutem apud te virum ex-
 cellentem sapientia, prodesse vo-
 lo, vbi audies statim intelliges &
 πολυίστορα esse, & virum pruden-
 tem, modestum, pacis & concor-
 diae publicae amantem, integrum
 ac dignum beneuolentia bono-
 rum virorum. Quare tuo eum
 iudicio tueberis & ornabis. Alie-
 nus est a factionibus, nec circum-
 fert negotia periculosa paci; sed
 historiarum monumenta in bi-
 bliothecis quaerit, qua in re ipsi
 non defutura esse doctorum offi-
 cia

cia f
 lent
 sam
 ipsiu
 moru
 mos
 fore
 vale,
 Li
 MDL
 quan
 lo, q
 fuerat
 quem
 fueue
 vltim
 quide
 dilige
 Quan
 scens
 miam
 Rege
 excep
 vt qua

cia spero. Tuam vero beneuo-
lentiam non solum propter cau-
sam peregrinationis, sed propter
ipsius prudentiam, integritatem,
morum suauitatem & eruditissi-
mos sermones spero erga ipsum
fore eximiam. Bene & foeliciter
vale, Calendis Iunii MDLV.

Lipsiam redux exeunte anno
MDLVII. & in ea ciuitate ali-
quandiu moratus, recurrente il-
lo, quo iam non semel percitus
fuerat, peregrinandi ardore,
quem astrum suum vocare con-
sueuerat, statuit in remotissimas
ultimi septentrionis plagas sibi
quidem, sed non ea, qua decebat,
diligentia lustratas penetrare.
Quamobrem naue Gedani con-
scensa iterum delatus est Hol-
miam *Sueciae* caput, vbi Gustavo
Rege salutato, a quo honorifice
exceptus est, in *Liunioniam* traiecit,
vt quae de Lycanthropis fama,

B spar-

sparserat, propius dignosceret.
 Dicam quae ab auditu Langueti
 Ioannes Bodinus libro Daemo-
 nomaniae II, capite VI. refert;
 quemdam scilicet ganeonem ex-
 eunte Decembri fascinatores om-
 nes, quibus haec regio maxi-
 me abundat, quotannis vt ad cer-
 tum locum conueniant, inuitare
 solitum esse, qui si adesse negle-
 xerint, a Dæmone virgis ferreis
 immaniter caeduntur, tum qui
 coetui praest, superato cum reli-
 quo fascinatorum populo flumi-
 ne, Eupi naturam induit, & in ob-
 vios quosque homines & armen-
 ta ferociter irruit: sed duodeci-
 mo die cum iterato flumen tra-
 iecerunt; tum pristinam gregis
 gregisque caput formam repe-
 tunt. Traiecto rursus qua Fin-
 nici sinus fauces panduntur, Oce-
 ano in Careliam venit Langue-
 tus, vnde in Lapponum Regio-
 nem

nem e
 gram
 propt
 ment
 ri po
 genti
 ferae,
 omne
 gium
 fugac
 obser
 & Occ
 rum p
 Scriet
 tantu
 est,
 froen
 fruge
 lam t
 nouit
 & pisco
 Lang
 rum i
 Persa
 nem

nem excurrit, ita dictam, quasi pi-
 gram & inertem terram, quae
 propter nimiam frigoris vim fru-
 mentum non alat. Vix explica-
 ri potest, quanta cura & studio
 gentis supra quam credibile sit,
 ferae, agrestis, suspiciosae, & ad
 omne peregrini hominis vesti-
 gium nauigiique conspectum,
 fugacis mores, regionisque situm
 obseruarit, vt illa in Orientalem
 & Occidentalem diuiditur, qua-
 rum prior Mosco, altera quam
 Scriefinniam vocant, Sueco, sed
 tantum nomen tenus subdita
 est, gens quippe barbara & in-
 froenis iugum pati nescit, neque
 fruges, neque poma, neque vl-
 lam terrae coeliue benignitatem
 nouit, solaque sagittandi peritia
 & piscatu cibum sibi parat. Vidit
 Languetus, quonam pacto effe-
 rum illud hominũ genus ignem
 Persarum more veneratur, & au-
 guria

guria ex re primum obuia, in reliquum dum captat; vt permutatione tractat cum vicinis commerciis, sic tamen vt omne mercatorum non colloquium tantum, sed & conspectum defugiat, adeo, vt mutua rerum venalium collatione facta, & relictis in medio pellibus quibus abundant, cum ignotis & absentibus sincerissima fide transigantur. Caeterum fascinatorias artes gens ita edocta vt velis ventos immittere & cum lubet reuocare, sit illorum vnicuique promptissimum. quod Iacobum VI. Britanniae Regem e Dania redeuntem expertum fuisse ferunt & alia innumera notatu dignissima de quibus dicere supersedeo. nimium enim iam heu fortasse haerere visus sum, sed cum ista ex Langueti Commentariis a me excerpta sint, & Olai magni, qui fusissime de his scri-

scri
max
om
iam
stra
nib
pit
per
tun
am
imp
Chr
age
sem
tuel
fice
rito
gno
que
acce
vulg
test
qua
poll

scripsit, fidem haectenus, dubiam
maxime probent, ideo minime
omittenda putavi. Inibat porro
iam mensis Augustus, cum Eu-
stratis *Liouoniae & Lapponiae* regio-
nibus, Wittebergam cogitare coe-
pit Languetus, reditus illi fuit
per Gripsholmianam arcem, vbi
tunc Gustauus Sueciae Rex, iam
a me dictus, rebus post eiectum
impium illum Daniae Regem
Christiernam bene constitutis
agebat, regnumque & Ipsalien-
sem academiam seu legibus insti-
tuebat, seu aedificiorum magni-
ficentia exornabat. Cum vero pe-
ritos omnis generis artifices re-
gno suo deesse, nullibique fre-
quentius quam in Gallia reperiri
accepisset, Languetum post non
vulgaria Regiae beneuolentiae
testimonia non dimisit, prius-
quam se in Galliam perrecturum
polliceretur ad conducendos
B 3 quos

quos sibi regnoque suo vtilis futuros iudicaret. Quam confestim Languetus conditionem accepit, sed an ea defunctus fuerit mihi non liquet. Extat certe diplomatis apud me illius autographum Gustavi manu subscriptum & sigillo munitum. Sic autem habet:

Nos Gustauus Dei gratia Suecorum, Gothorum, Vandalorumque & caet. Rex, vniuersis ac singulis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, vel praesentiae fuerint, quibus praesentes haec nostrae literae, vel ut ipsi legant, vel legendo statum ipsarum percipiant, offeruntur, deferimus prompta & familiaria nostra studia, obsequia gratiam Regiam & omne bonum: Significamus praeterea praesentium vigore vniuersis & singulis supra commemoratis nos possessorem harum praesentium literarum,

no-

nobilem generosum , nec non
prudencia & rerum gerendarum
vsu praeditum tum nobis impri-
mis probatum & gratum fidelem
nostrum Hubertum Languetum
Burgundicum in certis quibus-
dam nostris negotiis hinc in Gal-
liam ablegasse , nempe, vt omnis
generis peritos artifices & alios,
quos nobis nostroque regno vsui
futuros putauerit, nostro nomine
conueniat & nostrum in regnum
adducat. Quo circa petimus &
volumus vt firmam & illi fidem
habeant, quoscunque super tali
negotio conuenerit & quibus a-
liquid nostro nomine ad hoc pro-
miserit. Rogamus insuper per
quam amice, familiariter & beni-
gne vniuersos ac singulos, impri-
mis autem Christianissimum at-
que illustrissimum Principem Do-
minum Henricum Galliae Re-
gem, fratrem nostrum charissi-
mum,

mum, eiusque praefides, praefectos, ipsorumque locum tenentes, officiales, Inquisitores & ministros, ad quos hic dilectus nobis Hubertus in abitu, vel reditu peruenerit, aut si ipsum ad tempus commorari alicubi interea temporis cōtigerit, ne qua ipsum in re impediant, molestent, iniuriae afficiant, aut affici permittant, sed liberum illi transitum terra marique concedant, atque nullam non gratiam, opem, & auxilium, sicubi eiusmodi illi opus fuerit, exhibeant, & nostri causa sibi commendatum ipsum per omnia habeant, in quo vnus quilibet sua persona nostraque expectatione quod dignum est praestiterit, quod & nos simili vel maiori officio pro cuiusque personae ratione promereri & recompensare non dedignabimur. Datum ex arce nostra Gripsholmiana IX.

Se-

Septembris anno salutis huma-
nae MDLVII.

GOSTAVVS.



locus Sigilli.

Nunc idem mihi, quod Cosmo-
graphis contigisse videtur,
qui cum diligenti & accurato ca-
lamo notissima orbis terrarum
loca descripserint, cum ad ea
quae minus cognita sunt, deue-
re, celeriter illa praeter vehuntur,
caussati, regiones esse desertas, in-
vias aeterno confictas gelu &
sempiannali mersas caligine. Ita
post enarratam a me, ea qua potui
diligentia & fide Langueti iuuen-
tutis & adolescentiae historiam,
in biennium incidisse me sensi,
prorsus iners, caliginosum & re-
rum ab eo gestarum commenta-
riis penitus vacuum. quo scilicet,
quid ab eo actum sit plane mihi

B 5

in-

incompertum est; hoc tantum ex
 variis variorum scriptis ad illum
 epistolis accepi, biennium Witte-
 bergae in Melanchthonis aedi-
 bus a Langueto fuisse trans-
 actum, nisi cum in varias regiones
 peregrinandi causa interdum ex-
 curreret. Ecce iterum post biennii
 caliginem erumpit e tenebris
 Languetus, qui ab Adolpho Co-
 mite Nassauio Guillelmi illius
 principis Arausionensis, Belgicae
 quietis & libertatis assertoris ac
 vindicis fratre ad suscipiendam
 secum peregrinationem Italicam
 anno MDLIX. inuitatus. Lustra-
 ta ergo tertium Italia, vbi per ex-
 tremum Belgii limitem Adol-
 phum ad suos reduxit, Lutetiam
 MDLX. perrexit vnius fere Ha-
 driani Turnebi videndi studio
 ductus. cuius tamen consuetudi-
 ne frui diu non licuit, tum quia
 minus firma tunc vteretur vale-
 tudi-

tudine Turnebus aliquot iam
menses cum atrocissimo morbo,
qui tandem illi extremus fuit,
conflictatus, cum propter acer-
bissimum Melanchthonis obitus
nuntium, quo audito remeavit
confestim in Germaniam, vt Ga-
spari Peucero Soceri mortem, vt
par erat, aegerrime ferenti ades-
set. Dicit vix potest, quam infelici-
ter secum actum esse putavit
Languetus, qui, dum abesset, a-
micissimum & multis sibi nomi-
nibus charissimum caput, post
completum climactericum no-
num vixisse accepit, cuius memo-
riam hac saltem grati animi signi-
ficatione profecutus est, vt apud
Academiae Wittebergenfis Pro-
fessores intercederet, ne tanti viri
memoriam finerent esse inglori-
am, sed orationes singuli, epita-
phia, morbi etiam quo confectus
est historiam, alia denique & ad

illius vitam & aeternam nominis
 commendationem pertinentiam
 conscriberent. Quod ab iis anno
 sequente praestitum est, & a Io-
 achimo Camerario imprimis, qui
 Melanchthonis vitam fusissime
 postea scripsit, & Philippo Hes-
 siae Regulo, cuius rogatu scriben-
 dam susceperat, cōsecrauit. Quod
 ad Languetum attinet, vt Me-
 lanchthone vsus fuerat & amico,
 & praeceptore & hospite, ita &
 illius generum Gasparem Peu-
 cerum amicum & hospitem ac
 studiorum indiuiduum comitem
 sociumque habuit, donec in Sa-
 xonicam aulam euocatus est,
 quod anno MDLXV. contigit.
 quo tempore cum Augustus Sa-
 xoniae VII. vir Legatum in Gal-
 liam mittere destinaret, qui flo-
 rentem regni statum Carolo IX.
 Regi legitimam a biennio admi-
 nistrandi regni aetatem adepto,
 Regi-

Regi
 lop
 tula
 ris, c
 am
 spar
 niae
 nisf
 prae
 bach
 dun
 stur
 Saxo
 ste p
 Saxo
 vt q
 Gal
 quib
 atq
 teno
 rum
 suis
 dub
 ti

Reginaeque illius parenti post
lopita belli ciuilis incendia gra-
tularetur; maxime vero, vt rumo-
ris, qui iam percrebuerat, inuidi-
am amoliretur, quo in vulgus
sparsum fuerat quosdam Germa-
niae nobiles, militesque Christia-
nissimi Regis stipendiarios, ac
praecipue Wilelmum a Grum-
bach pluribus a me infra dicen-
dum, grauiter apud Regem que-
stum fuisse, quod non tantum a
Saxone cum Satellitio suo iniu-
ste premerentur, sed & summio id
Saxonem moliri & agere viribus,
vt quibuscumque posset in rebus
Gallici regni dignitati & tran-
quillitati hostiliter aduersaretur,
atque etiam conatu maximo con-
tendisse a Rege, ne qua in poste-
rum Ducibus Saxoniae agnatis
suis stipendia numerarentur: non
dubitauit Augustus huius nego-
tii procurationem Langueto
B 7 com-

committere, cuius fidem & prudentiam aliis in rebus fuerat iam expertus. Saxonis porro mandatum ex Petri Puteani, quem nominare laudare est, commentariis decerpimus.

Instructio eorum, quae nomine ac mandato Illustrissimi Principis ac Domini, Domini AUGUSTI Ducis Saxoniae, S. R. Imperii Archimarchalci & Electoris, Landgravi Thuringiae, Marcgravi Misniae, & Burggravi Magdeburgensis, ad Serenissimum ac Potentissimum Regem Galliae Carolum referre debet fidelis nobis imprimis dilectus Hubertus Languetus.

AC primum Legatus, noster, multam Regiae illius Serenitati salutem nomine nostro dicet, nihilque nobis cognitu iu-

cun-

cundius, aut gratius accidere
posse, quam si Regia ipsius Sere-
nitas rectissime valeat, & floren-
tissimi regni sui statum foelici
gubernatione ornet, augeat &
confirmet; vsitata orationis for-
ma commemorabit. Post haec
Regiae ipsius Serenitati exponet
meminisse nos eius coniunctio-
nis ac necessitudinis, quae maio-
ribus nostris cum potentissimis
Galliae Regibus longa annorum
serie ac haereditario perpetuae
benevolentiae vsu intercesfit,
quam nisi mutuo bene merendi
studio confirmare conemur, alie-
num a recto officio fecisse & in
quandam neglectae amicitiae
culpam incidisse videre quea-
mus. Quam vt longissime a nobis
remotam esse cupiamus, ita de
Serenitatis ipsius in tuendo con-
feruandoque veteris coniunctio-
nis foedere, constantia nihil du-
bite-

bitemus. Pergratum vero etiam nobis fuisse quod annis hisce proximis, nec longo ab hinc temporis interuallo, Regia illius Serenitas litteris ad nos homanissime & amicissime scriptis de propensissimo suo erga nos animo luculenter testata est, Quae causa sit vt maiore firmioris arctiorisque amicitiae fiducia mutuam Regiae illius Serenitatis beneuolentiam nostram declarare cupiamus. Neque vero dubium nobis esse Regiam illius Serenitatem ex Serenissima Regina matre intellexisse, quae nostra superioris calamitosissimi in Gallia intestini belli tempore sollicitudo fuerit, dum vna ex parte cruenta aduersus innocentem multitudinem persecutio non exiguam iustae commiserationis causam nobis praebuit; ex altera vero impendens regni Gallici ruina, atque

Re-

Reg
lari
lus a
Eta c
hau
Etur
rum
ac c
trim
atqu
rint
mer
gita
end
bell
ratio
faeu
vert
giam
cem
pen
tae
igit
prif

Regiae illius Serenitatis in pupillari aetate adhuc constitutae salus ac dignitas in summum adducta discrimen, animum nostrum, haud leuiter perturbauit. Quo factum fuerit, vt in tanta consiliorum & causarum belli obscuritate ac difficultate (quia scilicet vtrimque Regii nominis vmbra atque praetextu sese defenderint) eo adfectionis temperamento vfi sumus, vt omnem cogitationem nostram ad impedienda minuendaque iustissimi belli semina, pacisque suadendae rationes potius, quam ad alendas saeuissimi incendii flammam conuerterimus, quod nostrae ad Regiam ipsius serenitatem, & Ducem Guisium, nec non ad Principem Condaeum eo tempore scriptae litterae testaturae sint. Cum igitur diuinae clementiae fauore pristinam Gallico regno tranquil-

etiam
e pro-
poris
enitas
& a-
ensis-
lucu-
sa sit
que
egiae
ntiam
mus.
esse
x Se-
elle-
cala-
estini
erit,
luer-
em
tae
nobis
pen-
que
Re-

quillitatem, redditam esse ex Serenitatis ipsius litteris intellexerimus, gratulari nos Serenitati ipsius ex animo, nihilque magis habere in votis, quam ut Serenitati ipsius omnia prosperrime, eueniant. Caeterum causam nos habuisse plane necessariam cur ipsum ad Regiam serenitatem illius certis praescriptis mandatis ablegauerimus Nimirum quia a fide dignis nobis renunciatum, atque indicatum sit quosdam Germaniae nobiles, & Serenitatis ipsius stipendiarios milites, atque inter hos praecipue Wilhelmum a Grumbach grauer apud Serenitatem ipsius questum esse, quod non tantum a nobis ipse cum satellitio suo iniuste premeretur, sed & summis id nos moliri & agere viribus, ut quibuscumque in rebus possemus Gallici regni dignitati ac tranquillitati

tati
quoc
tate
qua
bus
que
ipso
gme
prop
mor
refu
illor
fanc
fatio
fit;
inte
Reg
vole
mol
ver
bus
tem
prac
nec

tati hostiliter aduersaremur, quodque litteris nostris a Serenitate ipsius contenderimus, ne qua in posterum stipendia Ducibus Saxoniae, agnatis nostris, atque ipsis Capitaneis a Serenitate ipsius numerarentur. Haec fragmenta & si ipsa rei veritas, atque proprium Serenitatis ipsius testimonium sine vlla dubitatione refutent, vt ridenda nobis magis illorum leuitas, & malitia accusanda, quam nostra aliqua excusatio Serenitati ipsius adferenda sit; tamen quae nostri animi sit integritas, atque singularis erga Regiam serenitatem ipsius benevolentia, non posse nos non permoleste ferre, quod confictis peruersorum hominum suspicionibus in inuidiam apud Serenitatem ipsius adducamur, ac falso praegrauemur. Quamobrem necessarium esse putauerimus vt
de

de impudentibus turbulentae illius factionis mendaciis nos Serenitati ipsius excusaremus. Scire enim Serenitatem ipsius par est nihil nos eiusmodi vnquam ad Serenitatem ipsius perscripisse, nec quidquam a nobis aduersus serenitatem ipsius susceptum, aut factum esse, quod maleuolis istis factiosorum hominum obtrectationibus causam praebere vllam potuisset. Magnopere igitur nos rogare ne Serenitas ipsius falsis inuidorum calumniis facile fidem adhibeat, quibus id potissimum cura sit, vt non tantum sparsis huiusmodi figmentis improbitati suae praetextum quaerant: sed & Serenitatis ipsius patrocínio ad turbendam Germaniae tranquillitatem falsa virtutis, fidei, atque innocentiae specie abutantur. Sic enim Serenitati ipsius persuasum esse debere, licet,

cet,

cet
tio
sola
dan
per
& si
non
uer
pes
re c
aut
cipu
Sere
tia
non
vid
ac fi
dan
tran
inu
qua
rati
pro
fide

cet feditiosis illorum machinationibus vel Caesarea maiestas sola, vel praecipuorum quorundam in Germania principum opera coniuncta facile occurrere & sine magno labore, si opus sit, non consilia tantum illorum euertere, sed & petulantiam compescere queat, ut non magnopere curandae illorum sint minae, aut molitiones: nos tamen praecipue id spectare, ne dum Regiae Serenitatis ipsius beneficio ac gratia ipsi efferantur & insolescant, non paruum Serenitati ipsius invidiam in Germania concilient, ac si a Serenitate ipsius ad turbandam quorundam Principum tranquillitatem vel conducti, vel inuitati & armati esse videantur, qua in re quid Serenitatis ipsius rationibus magis expediat, ipsa procul dubio aestimatura ac consideratura sit. Nobis vero certis-

tis-

tissimum constantis Serenitatis
 ipsius amicitiae, ac coniunctionis
 argumentum fore, si Serenitas
 ipsius re ipsa ostenderit se maio-
 rem necessitudinis nostrae, quam
 istorum hominum iniustae ad-
 versus nos inuidiae rationem,
 habuisse: quod in eo potissimum
 consistat, si quam hactenus illis
 insolentiae materiam datis an-
 nuis stipendiis Serenitas ipsius
 suppeditavit, eam imposterum,
 contractis sumptuum pene, quod
 ad illos attinet, non necessario-
 rum rationibus incidat, atque,
 eo pacto non nostram solum de
 Serenitatis ipsius erga nos adfe-
 ctione singulari conceptam opi-
 nionem confirmet; sed & pleros-
 que Germaniae principes alios,
 quibus patriae tranquillitas cu-
 rae est, sibi arctius deuinciat.
 Nec vero ideo nos vel monere,
 vel a Serenitate ipsius petere
 quod

quod
 nis, a
 nostr
 sus n
 esse,
 tum
 anim
 strur
 decla
 tem
 re de
 eten
 simo
 tissi
 nos
 latis
 fort
 dare
 mus
 da n
 def
 cum
 loru
 mu

quod fortunis & commodis alienis, ac praeseritum agnatorum nostrorum, quos harum aduersus nos calumniarum non inscios esse, multis nobis rebus exploratum sit, minus faueamus; sed ut animum Serenitati ipsius nostrum deuinctissimum expressius declaremus. Ita enim Serenitatem ipsius de nobis certo statuere debere, non defuisse nobis hactenus, nec dum deesse potentissimorum aliorum Regum promississimam voluntatem, quibus si nos adiungere, beneficiisque oblati uti velimus, non paruum forte nouis rebus occasionem dare, ac re ipsa ostendere queamus ad contraria consilia ineunda nec animo nos, nec fortuna destitutos fuisse. Caeterum cum pacis, quam motuum ac bellorum consilia potiora habeamus, atque ad id operam maxime de-

demus, ne odiorum semina inter
 alios subministremus aut ala-
 mus, id quoque impofterum se-
 du lo nos acturos esse, vt Sereni-
 tas ipsius praesertim intelligat, in
 eo nos proposito constanter per-
 stituros, nec facile ad alia confi-
 lia, nisi necessitate coactos, de-
 scensuros esse; praesertim si Sere-
 nitas perpensis harum rerum
 momentis id effecerit, ne in poste-
 rum hi, quibus nullam vel mini-
 mae offensionis causam praebe-
 mus, Serenitatis ipsius beneficio
 aduersus nos incitentur aut ar-
 mentur. Haec ea qua decet fide,
 industria atque circum spectione
 Legatus noster Hubertus Lan-
 guetus Regiae illius Serenitati
 exponet, ac de vanitate eorum,
 qui impudentibus calumniis no-
 stram apud externos labefactare
 existimationem conantur, Regi-
 am illius Serenitatem edocebit,
 ac

ac de
 bitur
 alend
 ction
 ipsius
 In cui
 haec f
 nostro
 Dresd

PRI
 pr
 tristis
 obitu
 go & g
 fuerat
 videre
 tem L
 nii an
 vero r
 cturam

ac de nobis serenitati ipsius testa-
bitur nihil nos vnquã, quod ad
alendam, augendamque coniu-
ctionem nostram cum Serenitate
ipsius spectet, neglecturos esse.
In cuius rei fidem manu nostra
haec subscripsimus, atque Sigillo
nostro obsignari curauimus.
Dresdae xxvii. Iulii an. MDLXV.

AUGVSTVS.

Dux Saxoniae

Elector.

PRIUSQVAM Dresda Lutetiam
proficisceretur Languetus,
tristissimum Hadriani Turnebi
obitus nuncium accepit, qui lon-
go & grauiore morbo ita attritus
fuerat, vt spirantis mortui imago
videretur, tandemque mortalita-
tem Lutetiae exuerat Idibus Iu-
nii annos natus LIII, quantam
vero res litteraria morte illius ia-
cturam passa sit vix est qui aesti-
met.

C

met,

met, ea enim fuit eruditione & doctrina praeditus, vt paucos, mea quidem sententia, in eo genere litterarum quod profitebatur, pares; nullos vero, vti ego arbitror, saeculo suo superiores habuerit. Extat porro de illius obitu propempticon Theodori Bezae ad languetum quo & peculiaris illius cum Turnebo necessitudo celebratur, & omnium ordinum, ad quos vniuersos hominis vnus mors pertinere visa est, maestitia praedicatur. Regem Languetus villeriae nactus est a longa illa peregrinatione, qua singulas totius regni prouincias innocenter & absque vlla seu rei publicae, seu priuati cuiusquam iactura obiuit, reduecem, & hyeme quamuis imbribus foeda venationi operam dantem, quae nullibi amoenior & commodior esse potest, arce ad Retiae

Syl-

Sylua
Gall
ense
mnis
posit
saltu
spici
bitat
tis, c
ta er
Lan
vari
mur
gula
tion
statu
mul
hab
rem
gue
Pet
cis &
me
adi

Syluae omnium fera quotquot in Gallia sunt, praeter Compendiensem vastissimae, & ferarum omnium generis refertissimae oram posita, quaeque opacissimos hinc saltus, inde apertam planitiem respiciens iucundissimam Regi habitationem praebebat. Tractatis, quae sibi a Saxone demandata erant, negotiis anno vertente, Languetus in Germaniam, sed variis prius a Carolo Rege cum muneribus dimissus, & omni singularis beneuolentiae significatione a Catharina parente honestatus, quae viriles animos sinu muliebri fouens, nullam vnquam habuit regnandi artibus superiorem. Reuerso Dresdam Langueto, cui argentoratum vsque, Petrus Ramus vir in philosophicis & mathematicis studiis apprimè versatus itineris comitem se adiunxerat, quique veniam a

C 2 Rege

ione &
 paucos,
 eo ge-
 ofiteba-
 vti ego
 eriores
 e illius
 eodori
 & pe-
 bo ne-
 mnum
 los ho-
 ere visa
 Re-
 nactus
 ione,
 rouin-
 e vlla
 ati cu-
 redu-
 mbribus
 antem,
 & com-
 Retiae
 Syl-

Rege impetrauerat non tam ad
 inuisendas exterarum (vt aiebat)
 nationum Academias, quam vt
 ingruenti apud nos tertio ciuili
 bello, quod praeuidebat vir saga-
 cissimus, mature se subduceret.
 Tum de bello Gothano cogita-
 tum est, quod omnium huius an-
 ni negotiorum in Germania ma-
 xime memorabile fuit, quippe
 quod Imperii Ordinum decreto
 & impensis gestum simul ac con-
 fectum est anno MDLXVII, Wi-
 thilmi Grumbachii occasione in
 comitiis Augustanis a Ferdinan-
 do I. Caesare caeterisque Imperii
 Ordinibus proscripti quod ante
 triennium Herbipolim Franco-
 niae caput, ope Ernesti Mandes-
 loi & Withelmi Steinii ac socio-
 rum, qui apud Ioannem Frede-
 ricum Saxonem in arce Gothana
 receptum habebant, insidiosse oc-
 cupatam diripuisset, & annis ante
 ali-

aliqu
 Herb
 riis in
 cidiff
 cam a
 tyran
 candi
 Augu
 Impe
 dition
 patru
 Dux
 aere
 post
 coep
 Grun
 rum
 nis, I
 enna
 sa po
 pauc
 dia f
 ri, &
 veni

aliquod Melchiorem Zobelum
Herbipolensem Episcopum Sica-
riis immuni scelere summissis oc-
cidisset, nobilitatem Germani-
cam a Principum & Episcoporum
tyrannide in libertatem vindi-
candi praetextu. Quamobrem
Augustus Saxoniae Septemuir
Imperii ordinum decreto expe-
ditionis in Ioannem Fredericum
patruelem & Grumbachianos
Dux constitutus est, qui militibus
aere publico coactis Gotham
post aliquot dierum obsidionem
coepit, sumptisque in eade,
Grumbachio, eiusque consilio-
rum & scelerum partibus, poe-
nis, Ioanne autem Frederico Vi-
ennam ad Caesarem ignominio-
sa pompa traducto, ibique non
paucis annis sub Liberiori custo-
dia seruato, quod familiae deco-
ri, & principum qui pro eo inter-
veniebant gratiae datum est,

C 3

Grim-

Grimmesteniā arcem Gothae proximam dirui & solo aequari iussit. sicque bellum hoc paucis diebus feliciter confectum est, cuius causam adeoque vniuersam historiam Latine descripsit Languetus Augusti Septemviri ad eam expeditionem proficiscentis comes indiuiduus, extat autem illa collectionis rerum quae imperante Ferdinando I. in Germania gestae sunt tomo IV, quam ex variis variorum scriptis Simon Schardius ICTus publicavit, sed absque Langueti nomine, quod tamen postea a Petro Bizaro historiae Genuensis libro XXIII. minime praetermissum est cum honorifica singularis Langueti eruditionis, & caeterarum illius leximiarum virtutum, quibus iure ab omnibus commendabatur & suspiciebatur mentione. Coeterum domesticis rebus

bus
man
ius a
iam
Caes
bat e
disce
guet
Cato
conf
vt op
nato
habe
mur
cas l
& sa
tissim
tatis
vide
quo
rum
lere
qui
mil

bus firmatis, & quiete in Germania constituta coepit sub huius anni finem Augustus, & si iam prouecta aetate, Othonum Caesarum a quibus genus ducebat exemplo latinam linguam addiscere, suadente imprimis Langueto, nec illi semel obiiciente Catonem illum, cui omnium consensu tantum tributum fuerat, ut optimus Orator, summus senator, & praestantissimus censor haberetur, cum iam sexagesimum annum impleuisset, Graecas litteras doceri non erubuisse; & sane Principi optimo, prudentissimo & Germanicae tranquillitatis amantissimo vnum deesse videbatur litterarum studium, quo non frustra perfunctus rerum arbitrium in Germania facile retinuit. Anno vero sequente, qui fuit MDLXVIII, cum Maximilianus II. Caesar comitia Imperii

rii *Augustae* ne metum indixisset,
 vt in iis, praeter alia, de froe-
 nanda Germanorum militum li-
 bertate in addicenda sua Princi-
 pibus externis opera agere tur,
 Augustus cum iis per aduersam
 valetudinem interesse non lice-
 ret, Languetum illuc legatum
 misit vt & publica Imperii negotia
 suo nomine procuraret, & etiam
 priuata scilicet vt de refundendis
 Principi suo belli Gothani sum-
 ptibus & expensis caueretur.
 Hic vero Imperii ordinum con-
 uentus cum in menses complures
 fuisset protractus, Heidelber-
 gam Languetus a Saxone iussus
 est excurrere, vt cum Palatino
 Septemuiro de negotiis ad rem
 publicam pertinentibus ageret,
 quo loci febre tentatus est, quae
 non solum valetudinem illius af-
 flixit, sed aetatem suam inclinare
 illum docuit, cum enim eam fe-
 brem

brem inedia, vt solebat adole-
scens, curare constituisset, & dis-
suadentibus medicis huic insti-
tuto pertinacius infisteret; tum
seu morbo, seu inedia vires suas
ita deiectas & prostratas exper-
tus est, vt non nisi aegre hinc col-
ligere se potuerit. Rebus post ali-
quod dies Heidelbergae compo-
sitis Coloniam venit Languetus
vbi Carola Barbonia Guilielmi
Principis Arausionensis coniux
versabatur, quae tunc illum cœ-
pit maxima beneuolentia prose-
qui, & summo deinceps in pre-
tium habere, variisque de rebus
cum eo agere, & quis tandem fu-
turus esset Belgicorum tumultuū
euentus anxie & sollicite exqui-
rere, quod Languetus iocis,
quorum mirus erat artifex, vt-
cumque eludere conabatur, cum
eam inanissima spe ab assentatori-
bus impleri, cerneret, quam vt

dixisset,
le froe
itum li
Princi
ere tur,
uerfam
on lice
egatum
negotia
& etiam
adendis
i sum
etur,
n con-
plures
delber-
e iussus
alatio
ad rem
geret,
, quae
ius af-
clinare
am fe-
brem

no lebat calculo suo comprobare, ita nec illi iam partui vicinae hanc bene sperandi occasionem adimere, est enim natura sua credulum foeminarum genus, mirabatur tamen in eo Languetus perspicax ingenium & inuictam animi magnitudinem quã ad extremum vitae spatium mediis in rerum fluctibus retinuit. Spirensi tandem conuentu soluto ad quem Colonia remeauerat Languetus, res in Liuonia turbari nuntiatum est a nõ MDLXX, munitissima Reualiae arce, quae furentibus Suecum inter & Moscum bellis Erici Sueciae Regis patrocinium implorauerat, a magno Holfatiae Duce Mosci nomine & milite obsessa, sed irrito conatu, ea quippe praerupto undique, nisi qua ad urbem patet aditus, Saxo posita, & validis praeterea munitionibus cineta

Cre-

robare,
vicinae
sionem
ra sua
genus,
angue
& inui-
em quā
m me-
inuit,
u solu-
eauerat
nia tur-
DLXX,
, quae
& Mos-
Regis
t, a ma-
sci no-
d irritō
oto vn-
atet a-
validis
cineta
Cre-

trimestrem Moscorum obsidio-
nem facile elusit, donec pace in-
ter vicinos principes inita Mosci
incensis tandem castris re infe-
cta domum abierunt, dum vero
de pace Stetini praecipuas inter
partes mense Iulio agi coeptum
est, conuentuique Caesaris no-
mine Ioannes Fridericus Pome-
raniae Dux, Ioachimus Stikius
Comes, Christophorus Carolo-
nitius & Christophorus Minqui-
tius praefuerunt, aderant & Da-
niae Regis, & Ioannis Sueci Le-
gati; Poloni nomine Martinus
Cromerus nobilis patriae histori-
ae scriptor & Demetrius Solico-
uius; Legatos & suos miserat Lu-
becensis Senatus Dano foedera-
tus, pro gallo inter fuit negotio
Carolus Sansaeus, & Augusti Sa-
xoniae Septemuiiri nomine Lan-
guetus, sed cum Sueciae Legato-
rum mandata minime idonea vi-
de-

derentur, pleniora ex Suecia petenda fuere, quibus post bimestre allatis, nouae rursus difficultates exortae sunt, quae tandem pleraeque compositae fuerunt, reliquis Caesaris, Saxonis, Brandenburgici, Septemvirorum, Iulii Brunsvici Ducis & Georgii Ioannis Palatini arbitrio permisis. Languetum hac legatione non minus feliciter quam prudenter defunctum Saxoniae, Septemuir mox in Galliam iterum ad Reginam matrem destinavit, quae Legationis causa fuerit non liquet, sed maximi negotii ergo hanc illi demandatam fuisse prouinciam verosimile est cum illam cartae committere dubitatum sit, non vero Langueti prudentiae, cum hac Septemuiri epistola dicendorum ab eo fidem faciente, quo certe munere, & si difficillimis
tem-

temporibus, egregie defunctus
est.

Serenissimae Principi

Dominae Catharinae Regi-
nae Franciae, & Viduae, Do-
minae Consanguineae no-
strae charissimae.

Serenissima Regina, salutem at-
que operam nostram in omni be-
neuolentiae ac officii genere
semper promptissimam. Domina
Consanguinea nostra charissima,
Regiae Serenitati vestrae nomi-
ne nostro quaedam referenda
mandauimus fideli nostro Hu-
berto Langueto praesenti, hunc
vt Serenitas Regia vestra beni-
gne audiat, fidemque iis quae
Serenitati vestrae Regiae relatu-
rus est adhibeat amanter roga-
mus, vestrae Serenitati Regiae
studia officiaque nostra honesta
atque paratissima vicissim semper
constabunt. Datae in castro

C 7

Lo.

Lochaw XX. Septembris, anno
partus Redemptoris nostri Chri-
sti MDLXX.

AVGVSTVS Dei gratia Dux
Saxoniae S. R. Imperii Ar-
chimarescallus, & Elector,
Landgravius Thuringiae
Marchio Misniae, & Burg-
gravius Magdeburgen-
sis.

AVGVSTVS Dux Saxoniae
Elector.

Videtur tamen huius legatio-
nis non tam Saxoniae VII, viri
quam Coeterorum Germaniae
Principum Augustanae confes-
sioni addictorum nomine obi-
tae, causam attigisse Thuanus
historiarum libro XLVII, vt scili-
cet Regi ob contractum cum E-
lisabetha Caesaris filia matrimo-
nium gratularentur Oratores, &
ad pacis nuper in regno sancitae
conditiones seruandas hortaren-
tur

tur, quae longa & graui oratione
Languetus tam libere & auda-
cter Regi exposuit, vt quod ipse
videtur innuere octaua ad Syd-
neium epistola, iure metuerit ne
res illi postea damno foret. Sed
horret animus cum ad ea mihi
deueniendum sit tempora, qui-
bus priuatae exterorum libidinis
ergo Gallico nomini turpissima
omnium labes iniusta est, San-
bartholomaeanam caedem dico,
quam aeternum Galliae nostrae
dedecus nuncupare non desinam,
Hispanicae machinationis opus
& Albani in colloquio ad Baio-
nam habito consilium. agebat
tunc Lutetiae Principis sui no-
mine Languetus & quidem in
Andreae Wecheli Typographi
oppido industrii aedibus, a quo
cum de iis quae per urbem fu-
nesto hoc die agebantur, summo
mane admonitus fuisset, in tan-
to

anno
Chri-
ux
Ar-
or,
iae
rg-
n-
ae
gatio-
I, viri
aniae
onfes-
e obi-
uanus
t scili-
m E-
rimo-
res, &
ncitae
taren-
tur

to & tam praelenti discrimine incomparabilem animi praesentiam, & Heroicis plane dignam temporibus constantiam & fortitudinem ostendit, Wechelumque impendentis periculi metu pene exanimem non tantum consilio suo crexit & confirmavit, sed ea etiam qua apud plurimos maxime dignationis proceres valebat gratia furentium gladiis subduxit cuius beneficii non immemor Wechelus cum alteram Alberti Cranzii Vandaliae editionem post trienium instauraret, veteris amicitiae & recentis beneficii memoriam extare voluit longiori praefatione, qua innumera Langueti seu erga Typographum, seu in rem Litterariam merita recensentur. Wecheli autem hospitis sui procurata salute nihil prius habuit Languetus, quam ut Philippum Mornaenum
Ples-

Plessium virum & nobilem, & literarum gloria conspicuum saluum vellet, muneris ergo sui, quod ubique gentium sanctum est, praerogatiua nimium confusus quaqua versum Lutetiam peruagatus est non sine maximo vitae periculo, quod aegre effugisset, ni Ioannes Moruillierius Aurelianensis olim Episcopus, primarius vero tunc sacri confistorii ex ordine sacro assessor, qui non semel Regis nomine cum Langueto de publicis negotiis egerat, cum fruenti plebi & aulae male erga illum animatae eripuisset, a qua tanto magis sibi cauendum esse Languetus quod ante biennium, vt superius diximus, Germaniae Principum nomine ad Carolum Regem orationem quae postea illo infcio & aegerrime ferente vulgata est, habuerat ea sermonis libertate & di-

dicenpi audacia vt in hac Laniena iure metuerit, ne vt funt molles & tenerae Principum aures, ea illi esset exitio, quod quidem parum abfuit. Sed cum Plessium euasisse saluum audiuiisset, mox ad amicos quos seu in Germania, seu in Anglia habebat, habebat autem quam plurimos, rescripsit ne pecuniam illi qua egeret credere dubitarent, etenim se vadem illius ac sponforem fore. verum foedissimum nobilissimi regni vlcus refrico inuitus, cuius vtinam memoria, cum tot milium virorum sanguine inique effuso periisset, cum ex veteris Ecclesiae instituto bella ob religionem exorta amice potius vel parũ aequis conditionib9 componi debeant quam armorum vicifit. nempe qui per pacem apud nos numero & auctoritate in dies minuebantur, inter arma &

tu-

tumultus eruerunt semper ere-
scent que. atrocissimi porro hu-
ius facti inuidiam cum pauci di-
luere tentauerint, certe ad ele-
uandam impii supra modum fa-
cinoris infamiam prodire varia
variorum in vulgus scripta, inter
quae non vltimum locum illud
obtinet, quod germano nomine
de *furoribus Gallicis* inscriptum
est, de cuius autore nondum
conuenit inter doctos, non nul-
lis illud Theodoro Bezae adscri-
bentibus, quamuis sub Ernesti
Varamundi Frisii nomine in lu-
cem prodierit, quod minime
praetermisisset diligentissimus
vitae illius scriptor Antonius
Fayus, aliis auctorem illius Lan-
guetum fuisse reputantibus, fide
praesertim epistolae Michaëlis
Beutheri ad illum scriptae Calen-
dis Septembris ex monte Peli-
car-

cardi anno puta MDCLXXIII, quo primum liber ille vulgatus est, cuius verba ex autographo quod apud me Seruator ea sunt. Multos vidi Gallos, qui propter librum de furoribus tibi obtretarent & minarentur etiam, te enim auctorem affirmant resisto quantum possum, sed aiunt hunc rumorem Geneua emanasse. Quibus verbis non obscure librum hunc Langueto tribuere videtur Beutherus, saltem scripti illius inuidiam, si quae sit, molliter ab illo auertit; Certe librum hunc perperam Langueto adscribi semper mihi visum est, quis enim credat Languetum virum rerum nostrarum peritissimum tam indiligenter, imo & oscitanter de rebus nostris scripsisse, vt peregrini hominis opus esse nemo sit qui non prima fonte

te
fe
Me
Ch
vir
bu
gra
scr
cru
tie
riu
nei
pla
bon
qu
ric
cos
pro
Vie
eu
alte
risu
gue
scri

te iudicet. Versabatur per ea
fere tempora Francofurti ad
Moenum Languetus a Rege
Christianissimo ad Saxoniae VII,
virum rediens cum repente mor-
bus illum inua fit, eo quidem
grauior quo nec illi legere, nec
scribere licuerit, quod febris
cruciatibus, quos iuterdum pa-
tiebatur satis vehementes, du-
rius illi fuisse sexagesima ad Syd-
neium epistola testatur, eodem
plauē morbo ante annos sex la-
borauerat totos septem menses,
quo citius liberatus est, quia pe-
riculo suo factus cautior, medi-
cos non passus est de sua salute
pro arbitrio, vt solent, ludere.
Viennam demum appulsum in-
eunte anno MDLXXIV, casus
alter fere oppressit, quique & si-
risum primo commouerit, Lan-
guetum tamen in extremum di-
scrimen adduxit is autem fuit,
fo-

XIII,
gatus
rapho
sunt.
opter
btre-
n, te
efisto
hunc
asse.
re li-
ouere
scri-
fit,
te li-
gueto
n est,
m vi-
itisfi-
& o-
scrip-
opus
fon-
te

solemne illi erat librorum lectio-
nem in multam noctem protra-
here, & quo fieret id commo-
dius, statim a caena hye-
me praesertim, decumbebat sum-
pto in manus, donec somnus ir-
reperat, libro, & tunc forte trans-
missus ad illam fuerat Hunfredi
LuydCambri descriptionis Britan-
niae fragmentum, Coloniae A-
grippinae anno superiori edi-
tum, cuius cum legendi deside-
rio dormitabundus aestuaret, ac-
cidit vt correptus flamma liber
priusquam Languetus excitare-
tur, conflagrauit, neque tantum
liber igne consumptus est, sed ip-
sum etiam decumbentis lectu-
lum tanta vi flamma inuasit, vt
eius tandem crepitu excitatus
imminenti exitio aegre se subdu-
xerit, quae & si res illum initio
vtcumque commouisset, postea
sibi reditus optime secum a-
Etum

Etum esse putauit adempta sibi
sibi tempus in pessimi libri le-
ctione inutiliter terendi occasio-
ne, cuius auctor & si non vulga-
ris lectionis sit, ita tamen de re-
bus interdum iudicat vt parum
sibi constare videatur, & quo-
ties de viri alicuius seu belli seu
pacis artibus illustris mentio ha-
benda est, tunc illum in conter-
raneum suum transformat, tan-
tus amor patriae & si non natali-
bus, Cambrum saltem origine
fuisse constanter asseuerat, velu-
ti de Brenno Gallorum qui Ro-
mam coeperunt Duce, quem li-
cet Gallum fuisse omnes consen-
tiant, Cambrum tamen contra
communem omnium scripto-
rum sententiam fuisse hic nimi-
um confidenter contestarur.
Liceat mihi nunc in alienum
agrum excurrere, & rebus
anno MDLXXV, gestis ex-
pedi-

Etio-
otras
amo-
hye-
sum-
us ir-
rans-
fredi
ritan-
ae A-
edi-
efide-
et, ac-
liber
citare-
antum
sed ip-
lectu-
sit, vt
citatus
subdi-
initio
postea
am a-
Etum

peditionem Bizuntinam ad texere ab Heterodoxis ex ea ciuitate pulsus ante bienium, exilii que sui pertaesis infoeliciter tentatam, tum quia ad sequanorum nobis vicinorum historiam pertinet, quae lucem plurimam hinc mutuari potest, cum quod illius obiter tantum meminerit diligentissimus alias Bizantinae historiae scriptor Ioannes Iacobus Chiffletius, huius porro expeditionis narrationem ex ea quam subiungimus Anonymi ad Languetum epistola, quae apud me seruator, vulgamus, ea autem sic habet.

HVBERTO LANGVETO

Illustrissimi Saxoniae Ducis
Consiliario S. Pragae.

Accepi litteras tuas VII. Augusti scriptas tardius, nec tabellariorum, neque mea culpa, sub-

substiterunt aliquandiu domi,
 quod in Heluetia Principis no-
 mine nonnulla conficerem. Ad
 alterum caput epistolae, quo pe-
 tis, vt de Visuntinensium negotio
 aliquid ad te scribam, responde-
 bo, quantum temporis angustia
 finet, non quantum rei amplitu-
 do postulat. Scribam autem ve-
 re, & vti ex iis intellexi, qui ne-
 gotio & interfuerunt, & prae-
 fuerunt vtrisque, quo certiora
 erunt ea, quae scribam. Sic au-
 tem res habet. Dicta fuit execu-
 tioni Bisuntinensi dies xx Iunii,
 ita vt xxii sub noctem vel auro-
 ram rem aggredierentur. Erant
 destinati equites C, & pedites
 Galli LXXX, Heluetii pedites
 CCC, qui ex Neocomensi comi-
 tatu ducerentur, & Sabaudicae
 linguae gnari essent. Antequam
 negotium susciperetur iuraue-
 runt & Galli nobiles, qui inter-
 fue-

D

fue-

l texe-
 iuitate
 li que
 tenta-
 norum
 n per-
 rimam
 cum
 nemi-
 Bizan-
 annes
 porro
 ex ea
 mi ad
 e apud
 ea au-

ETO
 icis

. Au-
 , nec
 culpa,
 sub-

fuere, & ipsi Bizuntini non ex-
 pilandae aut diripiendae vrbis
 causa haec fieri aut suscipi; sed
 pristinae libertatis recuperandae
 & intercesserunt omnino multa
 solemnia, vti ab eo tempore cer-
 to cognoui, cum cautum sibi
 vellent ciues, ne euerteretur
 vrbs, & dum studeretur vni in-
 commodo vitando, in mille in-
 currebant, haec (inquam) prae-
 cesserunt negotium. Eram ego
 tum temporis Heidelbergae, &
 inde in Heluetiam ad Bernatiū
 Tigurinorum & Basiliensium
 Respublicas sunt ab Electore ab-
 legatus. In ipso negotio exe-
 quendo non ea adhibita est cau-
 tio, quae in suscipiendo, non
 quod de conditionibus conser-
 uandi status hoc intellectum ve-
 lim; sed acquirendi. Comparue-
 runt Galli non nulli equites &
 pedites, verum omnium nume-
 rus

rus non superabat CXX homi-
 nes. Illi cum loco constituto
 conuenissent, & opportunita-
 tem occupandae vrbs confide-
 rant, nec pedem retrahere si-
 ne detrectatione & periculo pos-
 sent rem aggrediendam puta-
 runt, sperantes, quod iuramen-
 to affirmabatur, Heluetios illos
 intra horam affuturos. Erat in-
 dustria cuiusdam Aquitanici
 compositus pons miri artificii &
 compendii, quo Alduasdubis
 transiri commode & facile & tu-
 to posset. Hic pons vna cum ali-
 quot sclopetis & cassidibus vna
 rheda vehebatur, adeo vt vna
 hora DC homines facile traice-
 rentur. Il auoit fait huit caisses
 de bois de sapin, chacune de la
 largeur d'un pied & demy, &
 de huit pieds de long, lesquelles
 s'accouploient avec des ferre-
 ment, & parce quelles estoient

D 2 trop

trop courtes pour la largeur de l'eau, il y auoit deux boucles aux deux bouts ausquelles estoient attachées des cordes, & quand la battelee; estoit pleine qu' estoit de huit a dix personnes, l' on tiroit ces cordes qui n' estoient pas de quinze pieds de long, & cela se faisoit en vn instant, il en passa dix sept sur ce batteau en vn endroit de la ville cu l'eau est plus profond ou il n' auoit point de sentinelle. Hi sine difficultate, nemine non solum non resistente, sed ne conscio, ingrediuntur urbem & ad portam accurrunt, claves in illius qui asseruabat aedibus ipso dormiente surripiunt, portam aperiunt & clamant, ville gagnée. Erat in vrbe ipse Gubernator Burgundiae & Archiepiscopus cum multa nobilitate Burgundica, magno illorum omnium & vrbis ludibrio factum est

est vt nemo irrumperet aggressus
sit, hi ad quinque horas inte-
gras tantulo numero urbem te-
nuerint, nullo cogente non fu-
gerint, sed pedetentim discesse-
runt, quod Heluetii non veni-
rent, imo in Burgundiae comita-
tu ipso adhuc pernoctauerint, &
quod dicitur dormierint a la
francoise. Erant autem irrum-
pentium tantum cxx. Desidera-
ti sunt irruptionis die oppidani
xviii, quamuis ipsi tantum iv di-
cant, mihi autem certo constat
plures, irrumpentium ix, non-
nulli autem ab eo tempore capti
sunt qui laqueo aut gladio vitam
finierunt. Sunt autem non plu-
res caesi, interfecti, suspensi,
capite mulctati Irrumpentium
xx, qui coepti sunt illi in cellis
vinariis, aut tabernis, aut apud
amicos capti sunt, nec tubae so-

D 3

ni-

nitum audiuerunt. Poterant,
 si libitum fuisset, nemine penitus
 refragante, hanc vrbis partem,
 quae cis Alduas dubim est diripe-
 re, verū hoc liquido affirmo, eos
 abstinuisse. Equos quidem si qui
 amiserunt in vrbe, aut quibus
 caesi sunt & bombardulas casti-
 des aliaque arma quidam abdu-
 xerunt; pecuniam aut alia nemo
 aut certe exiguam, quod ipsi Bi-
 suntini fatentur. Multi sunt qui
 hoc factum improbant, alii di-
 cunt nec nouum esse nec ini-
 quum, vbi quis patria eiectus est,
 omnes vias recuperandae illius
 quaerere, modo non sint cum
 patriae exitio coniunctae. Ha-
 bes quod petiisti, vt vides, ra-
 ptim scriptum, quid voles signi-
 fica, eos rogabo, qui ipsi haec
 mandarunt vt tibi satisfaciant.
 Audio autem esse in Heluetia a-
 liquem, qui calamo manum ad-
 mo-

mouerit. Vix puto me comitiis interfuturum cum videam ipse operam meam hic requiri. Themius ad me nihil scripsit, nec ego ad ipsum fui, sum autem impeditus iis negotiis, quae deserere nequeunt. Vxor mea partui vicinissima est, hoc fortasse mense paritura. Vale, & me ama. Datae Argentinae ix Septembris
 MDLXXV

T. quem nosti.

Compositum est anno, Langveti potissimum industria, grande diffidium, quod annos amplius triginta Aurelianenses, Longovillanos & Badenses regulos exercuerat, cuius causam ferriemque breuiter edifferam. Nuptialibus Philippi Badensis, qui titulo tenus Hochbergicus dictus est, cum Maria Sabaudica tabulis conuentum fuerat, vt qui

D 4 ex

erant,
 enitus
 artem,
 diripe-
 no, eos
 siqui
 quibus
 s cassi-
 abdu-
 a nemo
 ipsi Bi-
 ant qui
 alii di-
 ec ini-
 tus est,
 e illius
 t cum
 Ha-
 s, ra-
 s signi-
 si haec
 ciant,
 etia a-
 am ad-
 mo-

ex eo matrimonio nascerentur, seu mares, seu foeminae, praelationis iure Rothelini Marchionatū, maximi oppido pretii ditionē sibi haberent, etiā si Philippo liberi ex secunda uxore nascerentur Philippo quidem vnica filia haeres fuit Ioanna Hochbergica Ludouici Aurelianensis Longouillani Ducis coniux, in cuius praedudicium Philippus parens anno MCCCXC secretis cum Christophoro Badensi regulo agnato suo tabulis, quas postea Maximilianus Caesar comprobauit, pactus fuerat, vt si absque masculis prior Christophoro decederet, Christophorus in Rothelini Marchionatu heres illi esset: si vero absque maribus Philippo prior obiret Christophorus, tum Philippus in Hochbergica ditione vicissim illi heres esset. Sed quam parum rebus suis hoc pacto consuluerit Philippus, hinc liquet; quod iam tunc

tunc Christophvro natus esset filius, ex quo Badenſium Principum, qui nunc sunt, gens omnis deriuata est, ipse autem mascula prole careret. Et caruit in posterum, obiit quippe Philippus MDIII relicta filia vnica herede Ioanna Hochbergica iam a medicta, Ludouici Ducis *Longouilani* coniuge: itum Christophorus audita Philippi agnati morte sine masculis, vt erat intentus ad omnia quae rebus suis expedire videbantur, coactis tumultuario militibus Rothelinum ex improviso aggreditur, totumque eius tractum mutui illius contractus praetextu sibi subiicit, & quia Badenſi ditione, cui conterminum est, belli conueniebat iure vel iniuria occupatum retinet. Franciscus interim Ludouici Aurelianensis, superiq; a medicti, F. cum se materna ditione deie-

D 5

Etum

Etum videret, tum Caesaris qui aperte Christophoro fauebat, opē implorauit, quod cum frustra fecisset, diem Badensi dicere coactus est vt caesareo conuentui iuridico, qui Augustae Nemetum habetur, vterque se sifteret iuris experiundi causa. Sed lite per annos complures producta, vtrique tandem parti visum est tot annorum dissidium amice componere. Delectus quidem est a Maria Burbonia Leonorii Longouillani Ducis, qui Francisco parenti successerat, vidua cum Langueto Claudius Mangotius iuris scientia peritissimus, omnium Longouillanae gentis negotiorū moderator & arbiter, Claudique penes quem diebus aliquot Regii Sigilli procuratio fuit, pater, quorum opera factum est, vt Rothelinum Baden-sibus cederet, qui eo nomine floren-

renorum aureorum quinquaginta millia supra ducenta Longouillano persoluerent, quod quidē post varias disceptationes confectum est, cuius gratiae memorem magis se, quam beneficam erga Languetum Burbonia praestitit, ad quem paucis post diebus torquem centum aureorum pondo, sed cum maxima singularis beneuolentiae significatione, transmisit per Hectorem Maniquetam nouocastri Heluetiorum suo nomine praefectum, popularares legatum vocant; Gens quippe iugum pati nescia utpote variis Helueticae ciuitati foederibus inserta odit superba haec Praefectorum nomina, quos olim graues, ut ubique nunc sunt, experta est, nec quemquam Longouillani nomine, penes quem tamen est supremum Nouocastri dominium, ni-

ris qui
at, opē
tra fe-
e coa-
tui iu-
netum
et iuris
te per
a, vtri-
est tot
com-
n est a
i Lon-
ancisco
a cum
ngotius
omni-
nego-
r, Clau-
us ali-
curatio
pera fa-
Baden-
ine flo-
ren-

ficum legati titulo admittit. Composito Rothelini negotio ex aula Saxonica in Ioannis Casimiri Comitis Palatini familiam migravit Languetus MDLXXVII, eumque ad Thermas Empenses secutus est vbi Casimirum Guillelmus Hassiae Landgravius rerum priuatarum ergo conuenit. Verum priusquam ad vltiora progredior, facturum me operae pretium putavi si pauca de Langueti ex aula Saxonica secessu, eiusque causis & ratione differerem, palamque singulis facerem illum missionem impetrasse, eaque impetrata, diu in aula Caesarea versatum fuisse, ibique Saxonis negotia legati nomine pari semper fidei & integritatis laude procurasse. Edita igitur ante biennium fuerat, Lipsiae incertum an Wittebergae, controuersiae de coena dominica exege-
cu-

cuius quidem auctorem alii Christophorum Pezelium dicebant, alii (quod vero similis est) Ioachimum Curaeum, Silesium medicum, & philosophum insignem, qui quatuor tantum mensibus huic foetui, si modo illius sit, superuixit. Vix dici potest quas per vniuersam Saxoniam tempestates liber hic excitauerit, qui cum sub finem acerbius de Luthero loquatur, Caluini de coenae Dominicae quaestione doctrinam iuxta confessionem Helueticam suadet, quibus omnibus non aliam auctori, quisquis tandem ille fuerit, mentem fuisse liquet, quam reiectis Lutheri opinionibus amplectenda Caluini dogmata, quae potissimum Augustus Saxoniae VII vir aduersabatur, proponere. Sed quamuis liber hic religionis ergo fuisset scriptus, variis tamen mo-

tib9 Saxoniam aulam concussit. Turbatores enim & rerum nouarum cupidi, quibus Aulae Principum semper abundant, coepere tum eos qui vii viri gratia florebant, accusare, quasi disseminatae huius doctrinae consilio participassent, in quos eo acrius faeuitum est, quo Annam Danicam vii viri coniugem, impotentis animi foeminam ab Lindemanno, Berlethio & Pfeiffero tragoediae auctoribus in has partes tractam fuisse non vano rumore ferebatur. Quibus consiliis illa non tam religionis studio se immiscuerat, quam vt sub illius specie Georgium *Cracouium* cum quo minus illi conueniebat, maximae apud Principem gratiae loco moueret, atque etiam euerteret. Illius itaque artibus quo res magis religionis specie adornaretur vii viri legationem ad

ad Lipsiensem & Wittebergen-
sem academias decernit, vt ea-
rum sententiam in re tam ancipi-
ti accipiat. Missi ea de causa *Ber-*
steinus qui non libenter hoc in se
oneris suscepit, *Hauboldus* prae-
terea ab *Einsidel*, *Ioannes Lotherus*
& doli fabricatores *Lindman-*
nus & *Pfeifferus*, qui iam summa
rerum in Aula Saxonica potiun-
di spe intumescebant. Legatio-
nis exitum & Academiaram re-
sponfa ex *Andreae Paulli* viri plu-
ribus Saxonis nomine legationi-
bus defuncti ad *Languetum* epi-
stola *Dresdae* iv Martii MDLXXIV
scripta, cuius autographum a-
pud me seruatur, accepi. quae sic
habet; nostra aula non parum tur-
bet: fuit aliquandiu. Controuer-
sia enim illa de coena, dum istic
fui, nimium recruderat, pro-
curante domina, instigante *Lin-*
demanno & *fociis*, qui iam om-
nem

mnem gubernationem spe deuorauerant, Profecto si vidisses quantos sibi animos sumpserat tota illa cohors, risisses scio, sed exitus legationis, de qua nuper ad te scripsi, placidior fuit, quam nos sperassemus. Cum enim legati Academiis proposuissent, Principem aegre ferre, quod a formula concordiae Dresdensis discessissent, ac libros quosdam (inter coeteros facta mentione exegeteos illius) excudi passi fuissent formulae illi contrarios; ac propterea Principem velle, ne post hac *de controversia coenae scriberent, neue libros caluinisticos, vt vocant, diuenderent, ac Principem aliquibus ex nobilitate mandaturum, vt eius rei curam habeant, ac quotannis aliquoties in bibliopoliis inquirant. Responsum fuit Academias nec a formula Dresdensi recessisse, nec*

li-

brum exegeſeos in ditione Ele-
ctoris excuſum; quod vero prin-
ceps vetet, ne poſt hac de Coena
Domini ſcribant, ſe quidem li-
benter quieturos, ſed ſi ſcholae
lacerarentur conuitiis *Selnece-
ri, Chemmeii, Iacobi Andreae* & alio-
rum, prout haecenus factum eſt,
non fore ex auctoritate Acade-
miarum ſi toleretur. Quantum
vero ad inquisitionem illam at-
tinet, ſe rogare ne princeps eam
inſtituat, talem enim inquisitio-
nem centum validiorem eſſe al-
terius partis, quae poſſet praebere
occaſionem magnorum motuum
ac obiter quaedam induxerunt
de cauſa quae acta fuit ante octo
annos in comitiis Auguſtanis in-
ter *Palatinum* Electorem & quos-
dam Principes, quae tibi optime
nota ſunt. Ita legati huc redie-
runt ad *Bachanalia* nec ſci-
mus quid Princeps poſthac fa-
ctu-

Eturus sit. Lindemannus vero
 ante quatrimum hinc discessit
 Lipsiam versus, vbi agetur de
 causis *Mansfeldensibus*. Audio
 Berlethum & Pfeifferum eo in-
 faniae prouectos vt Wittebergae
 quaedam bibliopolia ingressi sint
 ac de libris Calvinisticis inquisi-
 uerint. Dominus *Zelphius* existi-
 mat haec omnia tentata fuisse
 a Domina ad *evertendum Craco-
 uium*: sed speramus ipsam non
 impetraturam quod optat, arbi-
 tramur etiam vbi primi illi impe-
 tus Principis deferbuerint ac re-
 cte cogitauerit de his rebus quod
 mala illa consilia in ipsos aucto-
 res tandem redundabunt. In-
 terim in Gasparem *Peucerum* dis-
 seminatae exegeteos suspicio
 malis inuidorum artibus detorta
 est, & ab eo facile in *Languetum*
 singularem illius amicum & diu
 hospitem delapsa. Peucerus qui-
 dem

dem in carcerem coniectus est
qui & diuturnus & grauiſſimus
fuit, cuiusque hiftoriam poſte-
ris reliquit ſcripto conſignatam
& vnde vix ſe expediuiſſet niſi in-
terueniente Ioanne Erneſto Prin-
cipe Anhaltino, cuius filiam *Ag-
netem Heduuigem recens* duxerat
viri vir, amiſſa priori coniuge *An-
na Danica*. Saeuitum etiã in com-
plures alios, omnes autem ſeu
Melanchthonis amicos, ſeu di-
ſcipulos, & inter alios Eſromum
Rudingerum, Pabepergenſem,
quem ſacras litteras ingenti fama
Wittebergae diu profeſſum tem-
peſtas illa voluntario exilio in
Morauiam ad Confessionis Bohe-
miae fratres pepulit, vbi in para-
lyſin morbum huic regioni fami-
liarem incidit, qui omnem pene
illi manum pedumq; vſum ade-
mit, excepto duntaxat vno polli-
ce in dextra integro per quem at-
tra-

attracto ad se calamo & concaui-
 tati incerto aegre lineas ducebat,
 quo tamen modo complura inde-
 fesso labore conscripsit. Ioachi-
 mum Camerarium patrem virum
 & doctissimum & optimum sola
 mors his furoribus subduxit. Scri-
 bit si quidem XXIII ad Ioachimū
 F. epistola Languetus tanto in
 enim furor Lindemannum & so-
 cios fuisse animatos vt si superui-
 xisset nec venerandae eius sene-
 ctuti, nec tot egregiis animi doti-
 bus, quae omnibus illum merito
 commendabant, pepercissent ii
 qui hanc tragoediam excitaue-
 ranr. Vnicum ex Melanctho-
 nis amicis Languetum tempestas
 haec non attigit, qui vt amicos
 suos his periculis obiectos vidit,
 & se ipsum etiam malis aemulo-
 rum artibus peti structasque for-
 tunae suae insidias, mature his se
 motibus subduxit missionemque
 a

a Saxone rogavit , & honestam
impetrauit , e cuius gratia non
tantū nō excidit, sed diu etiā po-
stea negotia illiq; in Aula Caesarea
singulari fidei , integritatis &
prudētiaē laude legati nomi-
ne procuravit , quod euincunt
scriptae quam plures ad illum
epistolae , quae a me inter Ci-
melia asseruantur, & eo quidem
munere defunctus est donec in
Casimiri familiam , vt superius
a me dictum est, migravit. Ver-
tente ao. qui fuit M DL XXVIII.
Henricus Stephanus Roberti F,
cui dubium est an ars Typogra-
phica, an vero res litteraria ma-
gis debeat Langueto dialogum
inscripsit nomine Nizolio dida-
scalum , seu Ciceronianorum
Nizolianorum monitorem, ad-
uersus quosdam velut minorum
gentium Ciceronios, qui la-
tine loquendi normam non ex
ipsum

ipsius Ciceronis libris, sed ex Nizolii duntaxat & quorundam aliorum observationibus hauriebant plerisque nugarum plenis & Ciceronis verba perperam interpretantibus. Hic verò dicere attinet non semel antea monitum fuisse a Langueto Sydneium, ne in eorum haeresim delaberetur, qui summum in imitatione Ciceroniana bonum neglecta caeterorum lectione consistere opinabantur, totam qui in ea reliquis contemptis vitam conterebant, sed ex probatissimis Augustaei saeculi scriptoribus eum sibi stylum effingeret qui tum ad scribendam historiam, cum ad habendos de publicis rebus sermones magis quam Ciceronianus pertineret; respiciebat autem sine dubio Caii Iulii Caesaris, Marci Bruti, Catonis & aliorum Romanorum procerum

rum epistolas quae supersunt, in quibus praeter masculam dictionis elegantiam, maximam prudentiam & inuictam animi constanriam agnoscas, quae forte alibi frustra quaesueris, quamquam si tam multae illorum superessent, quam Ciceronis, multum forsitan esset, quod in eis quoque notaretur. Bruti verò praesertim epistolas Languetus in pretio habebat cum ob illarum grauitatem, tum quia peculiarem quendam imperatoriae prudentiae characterem, prae se ferre videntur, qui Sydneo ad regendos populos destinato maximè conueniebat. Gandauenses per ea tempora inquietum hominum genus Philippum Croyum Arescoti Ducem Flandriae Praefectum, quod veterum priuilegiorum quibus Carolus V. Caesar eos exuerat, resti-

stitutionem negaret, impellente Arausionensi in custodiam tradunt, causantes illum secreta cum hostibus agitare consilia, quo facto vt facinoris supra modum audacis nouitatem armis tuerentur, Ioanem Casimirum euocant, sibi que Gubernatorem adsciscunt, praesto adfuit petentibus cum numerofo exercitu Casimirus & cum eo Languetus, qui cum Gandauum venisset in febrim incidit quae omnem illi legendi scribendique facultatem ademit, quoties enim lecturus aut scripturus caput dimittebat, tum pituita in oculos incumbens eorum aciem retundebat, sed hausto post triduum pharmaco vt melius habere visus est, Gandauo Midelburgum venit vbi Casimirus pompa Regia exceptus fuerat, & frustra ab Arausionensi inuitatus vt

Anto

Antuerpnam pergere vellet, cau-
 sis pluribus additis, cur id reipu-
 blicae expedire arbitraretur: sed
 iam aliter a Casimiro statutum
 fuerat, qui cum se a foederatis
 Belgii ordinibus, in quorum sub-
 sidium venerat delusum, & res
 suas quotidie in deterius ruere
 cerneret, in Angliam profectus
 est, vt irritae expeditionis culpa in
 Gallos coniecta, Reginae cuius re-
 maior illius copiarum numerus
 fuerat coactus, se excusaret. Vbi
 splendidissime exceptus & in D.
 Georgii ordinem adscriptus ipsa
 Regina periscelidē tibiae pro ve-
 teri instituto adstringente, annua
 insuper pensione plurimisque
 muneribus oneratus, breui in
 Belgium Regia naue reuectus
 est, vbi copias suas Alexandri
 Farnesii Parmensis arte & indu-
 stria penitus dissipatas inuenit.
 Reuerso demum ex Anglia in

E

Ze-

Zelandiam & ad sua properante
 Casimiro confestim Antuerpiam
 nauigauit Languetus, vbi ab A-
 rausionensi a quo vix & non nisi
 per interualla deinceps abfuit
 perhunane exceptus est. Tunc
 vero temporis tristissimum acce-
 pit de Augusti Saxoniae VIIvi-
 ri filii morte nuncium, doluit ex
 animo Languet9 parentis vicem,
 cui cum omnia feliciter haectenus
 cessissent, tum omnis illius felici-
 tas hoc casu euerfa est. haerebant
 praeterea Langueti animo plu-
 rima, quae ab eo Principe accepe-
 rat beneficia, a quo si quaedam
 passus esset duriora, id Principi
 optimo minime tribuendum esse
 semper putabat, sed prauis adu-
 latorum artibus, a quibus fuisset
 circum ventus. Ineunte vere
 ex medicorum praescripto ad
 Badenses Thermas proficisci
 constituit, Antuerpia ergo soluit
 XV.

XV. Calend. Aprilis MDLXXIX,
& postridie satis commoda na-
vigatione vsus Dordracum ap-
pulit & tunc biduo Arhemum:
sed quoniam ad sinistram Rheni
ripam saepius Hispanos excurre-
re nunciabatur, relicto huius flu-
minis alueo, dextra illius ripa Co-
loniam venit, vnde non nisi cum
maximo vitae discrimine egressus
est, ob frequentes Hispanorum
praesidiariorum qui arcem Kar-
pensam coloniae vicinam tene-
bant excursiones. Arcem hanc
tertio ab ea vrbe milliari distitam
Octavianus Gonzaga Hispanici
equitatus in Belgio praefectus
& Christophorus Mondragonius
tribunus militum nuper post a-
liquot dierum expugnationem
vi coeperant, Bielo ciue Vltraie-
ctensi arci praeposito cum XLV.
praesidiariis, qui eam Ludouici
comitis Nassouii nomine tene-
bant

bant in crucem acto, quod iusto exercitui exigua hominum manus resistere ausa fuisset. Ut vero in Hispanorum potestatem venit, qui ad eius tutelam a Gonzaga destinati sunt, circumpositas Cliuia Ducis & VII viri Coloniensis ditiones, licet amicos, igne, caedibus & latrociniis infestare non cessarunt; idonec collatis vicinorum studiis sociatisque armis expugnata solo tandem aequata est. Altero ab Langueti Coloniā aduentu die grauissimus illum catharrus inuasit, quo sinistra gena intumuit, vt per aliquot dies non sine febris accessione vehementissimos dolores fuerit expertus, facta tamen per cicatricē, quā reliquo vitae tempore in illa gena circumtulit supuratione non nihil remisit dolor, perendie tamen valetudine, nondum cōfirmata viae se dedit,
me-

medicis amicisque tam praecipitem discessum vehementer improbantibus, & Francofurtum ad Moenum profectus est, vt aes alienum Antuerpiae a Ioanne Casimiro contractum, vernalibus mundinis, quae imminebant, dissolueret. Ibi dum moratur Ioannis Tili Senatus Parisiensis Actuarii de rebus Gallicis commentarios a se nuper in Latinum sermionem versos illi dicauit Lotharius Philoponus, seu quis alius hoc nomine. Ei videlicet, qui ab exemplorum diuturna observatione & ab grauisimorum negotiorum administratione instrumentum historiae amplissimum & locupletissimum adeptus esset. Francofurto Neostadium & hinc Argentoratum IV. Calend. Maii venit, vbi Casimiro salutato, & expositis rebus a se post illius discessum in Belgio gestis

ad Antoninas, seu Badenses
 Thermas perrexit valetudinis
 curandae causa. Tunc enim mor-
 bi, cum quibus per hyemem con-
 flictatus fuerat, adeo recrudue-
 rant, vt labores itineris, quibus
 antea mire delectabatur, coepe-
 rint tunc primum illi esse graues.
 Argentorati dum per triduum
 moratur N. Sydnaeo perpetuo
 adhaesit, quem Philippo fratre
 commendante, in Ioannis Stur-
 mii magna tunc cum nominis fa-
 ma literas Argentorati profiten-
 tis conuictorum numero adscri-
 pserat, seque studiorum illius in-
 spectorem futurum promiserat.
 Vt Badam venit sepositis primo
 grauioribus negotiis ad valetu-
 dinis instaurandae studium coe-
 pit curas omnes dirigere & die-
 rum aliquot lotionem membra hy-
 berno morbo labefacta reficere,
 & sane is, quo laborauerat Colo-
 niae

niae morbus, nisi mature con-
suluisset, videbatur recursurus.
Per id vero temporis accidit, vt
Iacobus Augustus Thuanus vir
aeterna saeculorum omnium
memoria dignissimus, qui Ioan-
ni fratri ad Plombirenses aquas
valetudinis causa proficiscenti
viae se comitem addiderat, vt dū
frater restituendae sanitati in-
dulgeret, cogitaret ipse in Ger-
maniam excurrere, ac primo Ar-
gentoratum vbi cum a Ioanne
Lobelo Belga homine rerum
Germaniae scientissimo, quique
Imperialium ciuitatum negotia
diu Lutetiae procurauerat, audi-
visset Languetum vti Badensibus
aquis, litteras a Lobelo com-
mendatitias ad illum accepit.
Languetum Thuanus propter
thermarum vsum nactus est va-
cuum & a publicis seriisque ne-
gotiis, & priuatis etiam studiis

abstinentem , vtrumque enim
seu potantibus, seu lauantibus ex
medicorum praescripto iuxta pe-
riculosum est , quamobrem ita
illi per triduum adhaesit, vt ab eo
diuelli non posse putaretur , sic
candor hominis illum coeperat
in signi probitate & iudicio non
solum in literis , sed in publicis
negotiis, quae tota vita sub variis
Principibus magna fide & indu-
stria gesserat, praediti, quique res
Germaniae tam probe nouerat,
vt Germanos ipsos res Germa-
nicas doceret. Toto ergo illo
tempore cum eo assiduus , nisi
quandiu aquis se proluebat, cum
multa didicit, tum breuiculum
manu ipsius perscriptum acce-
pit, quod etiam nunc in exquisi-
tissima Iacobi Augusti Thuani
F. Regii ad Foederatos Belgii
ordines Legati Bibliotheca ser-
vatur, quo vniuersus Germaniae
qui

qui tunc erat status, describitur,
 septem virorum dignitates & iu-
 ra breviter expenduntur, quibus
 semper licuit cum exteris Prin-
 cipibus Caesare etiam inconsulto,
 per legatos agere, foederaque
 inire, & quod non nisi supremis
 potestatibus convenit, bellum
 quibus velint inferre absque vlla
 Caesaris offensa, Imperii praeter-
 ea circulatorum vires, tum ordo &
 ratio confessus iuridici, Came-
 ram Imperialem vocant, qui cum
 antea Caesarem sequi consue-
 visset, postea Francofurti a Ma-
 ximiliano I. Caesare stabilitus
 atque inde Vormatiam transla-
 tus, tandem Augustae Nemetum
 constitui coepit M D X X X. perpe-
 tuo illius praefide seu Comite,
 seu Episcopo, Comitiorum deni-
 que Imperialium auctoritas de-
 claratur, & quomodo in Germa-
 niae republica usu receptum sit

vt ingruente negotiorum mole,
ea, quae in publicis Comitibus ex-
plicari non potuerunt, indictis a
Caesare & Ordinibus Imperii con-
uentibus rursus ea tractentur a
delectis, qui pari cum Comitibus
potestate de rebus sibi commissis
statuant, ita tamen, vt si quid
gravius aut maioris quam prae-
visum fuerit momenti inciderit,
quod Caesaris & septem virorum
auctoritatem ac praesentiam re-
quirat, ad Electoralia Comitia
referant. Post tridui consuetu-
dinem discessit a Langueto Thu-
anus omnibus ab eo humanitatis
& beneuolentiae officiis delini-
tus. Sed pene me fugerat, quod
illorum vtrique contigit prius-
quam alter ab altero discederet.
Scilicet cum simul in eodem ho-
spitio in quo sumuntur aquae
diuersarentur, & Languetus Sa-
lentinum Comitem Isenburgi-
cum

cum in aduersa fenestra cum v-
xore Ioanna Lignea Arembergii
Comitis sorore stantem, ignaro
Thuano, quinam illi essent, o-
stendisset, tum ab eo per iocum
percontatus est an si optio dare-
tur; faeminam hac specie contra
Coloniensem Archiepiscopa-
tum aestimaturus esset. Cū vero
Thuanus cunctaretur, & quor-
sum haec dicerentur, non intelli-
gere se ostenderet, Languetus
subridens quæstionis rationem
aperuit, & eum esse Salentinum
Thuano dixit, qui nuper amore
illius foeminae captus, vt illam
in vxorem acciperet, tam opi-
mam dignitatem vltro eierasset.
Quamquam autem hoc Salentini
factum minus probatum Lan-
gueto fuerit, certum tamen est,
illum cum decem annis Coloni-
ensi Ecclesiae praefuisset maxi-
ma cum prudentiae laude & vir-
tutis

tutis opinione, nec gentis suae
vllus extaret haeres, masculus,
matrimonium cum Arembergi-
ca contraxisse, sed impetrata pri-
us a summo Pontifice venia, nec
dum enim maioribus sacris erat
initiatus, & postquam in pleno
ordinum conuentu reddita ad-
ministrationis suae ratione Ar-
chiepiscopatum, quem lateriti-
um acceperat, id est aere alieno
oppressum, marmoreum seu li-
berum capitulo restituisset, se se-
que omni Ecclesiastico & politi-
co diaecesis illius Imperio abdi-
casset, magnum sui vtriusque or-
dinis singulis desiderium relin-
quens, Ducta tandem virgine A-
rembergica nobilissimam Isem-
burgicorum comitum gentem
pene extinctam suscitavit, suc-
cessori suo Gebhardo, Truchse-
sio minime comparandus, qui
Agnētis Mansfeldicae Canonicae
Ger-

Gerrishemiensis delinitus ille-
cebris, eam postea duxit in vxo-
rem, quare a Coloniensi Archie-
piscopatu, quem etiam coniuga-
tus seruare contendebat, deie-
ctus vitam parum decore trans-
actam, inter podagrae & calculi
cruciatus cum funesta morte
commutauit. Addebat muta-
tae Salentini conditionis histo-
riae Languetus, Protestantium
Germaniae Principum ac Proce-
rum sublato caelibatu plurimum
grauari familias, quod per rece-
ptam ab iis doctrinam filias o-
mnes, quibus homines proleta-
rii abundant, matrimonio eloca-
re teneantur, quas antea deuo-
tae vitae addicebant, spe certa, vt
cum tempore opulentorum coe-
nobiorum Antistitae euaderent.
Ad Thuanum redeo, qui sic a
Langueto discescit, vt non minus
summam illius humanitatem
E 7 quam

is suae
sculus,
nbergi-
ata pri-
ia, nec
ris erat
pleno
ita ad-
ne Ar-
ateriti-
alieno
seu li-
se fe-
politi-
abdi-
ue or-
relin-
ne A-
lfem-
ntem
suc-
chse-
qui
nicae
Ger-

quam eximiam doctrinam & intractandis publicis negotiis prudentiam miraretur, & mutuam alter alteri amicitiam sponderit, quod LXXIV. historiarum sui temporis libro Thuanus testatum voluit his verbis: Hubertus Languetus vir doctissimus & humanissimus, ac rerum Germaniae, in qua totam fere vitam contrivit, & vbi mihi arcta cum eo amicitia fuit, peritissimus, & summus Ioachimi Camerarii amicus; cum Augusto Saxoni Septemuiro operam suam addixisset, & praecipui consilarii officio apud eum diu defunctus in suspicionem venisset, quasi Epexegeſis de Coena Domini a Gaspare Peuce-ro & aliis iuxta Helueticam confessionem disseminatae consilio participasset, ab ea aula discescit, & se ad Arausionensem contulit, apud quem, dum grauisſimis negotiis

gotiis explicandis, quibus par illius animus erat, sedulo incumbit, morbo correptus anno Domini MDLXXXI. climacterico suo pridie Kalend. Octobris Antverpiae decessit. Transacta porro ad Badenses aquas maxima aetatis parte Languetus appetente autumno cum valere utcunque inciperet, Antuerpiam Colonia regredi constituit, quo tendentem varii illum denuo morbi remorati sunt, & hi quidem (vt ipse ait) fuere laborum fructus & molestiarum, quas superiori hyeme pertulerat, dum neglecta propriae valetudinis cura alienis affectibus obsequeretur. Sed vix Arausionensem Antuerpiae salutauerat, cum repente nuntiatum est Septemviri Saxoniae nomine aduentasse Coloniam Andream Paulum, virum multis Legationibus, Germa-

& in
s pru-
atuam
nderit,
item-
tatum
s Lan-
uma-
aniae,
ontri-
o ami-
sum-
nicus;
emui-
et, &
apud
picio-
efis de
euce-
con-
nfilio
cesfit,
ntulit,
is ne-
gotiis

manica nempe, Polonica, & Italica, ingenio praeterea iudicioque insignem, & his de causis Saxonicarissimum, Quamobrem iterum Langueto fuit Coloniam recurrendum, quam tanto minus gravate provinciam obiuit, quod praeter publica Faederatorum Belgii ordinum & ipsius Arausiensis, quem impense colebat negotia caput illi conferendum esset, cum viro sibi amicissimo. Post varias autem inter utrumque & caeteros Principum Legatos disceptationes re infecta discessum est, nec quidquam hoc conuentu, qui Sedandorum Belgii rumultuum causa a vicinis Principibus praesertim fuerat institutus, conclusum est, seu nondum satiatis ira belloque animis, seu quia iam consiliis facta praevallebant, E vero quod Hispanus maxime vellet id euenit, scilicet
vt

vt distractae in spem pacis mentes minus in commune consulerent. Tum coepit de reditu in Belgium Languetus cogitare, quod quidem non nisi cum maximis difficultatibus & laboribus praestitit cum nauigare non liceret, Rheno glacie obducto, & terra iter facere minime tutum videretur, quod circumposita loca Hispanorum latrociniis essent infesta. Substitit ergo Languetus Dordraci per dies quindecim cum nec progredi, nec regredi valeret, consensaque bis naue in portum vnde soluerat, reiectus est. Cum denique maris aleam experiri mallet quam mora longiori publica negotia distinere, tertio se illi commisit, tandemq; difficili & molesta nauigatione Antuerpiam XX. Ianuarii die MDLXXX. peruenit, vbi maximo cum plausu ab Arausionensi & Foe-

Foederatis ordinibus exceptus est. Insequente anno profectus est in Galliam Languetus privata Araufionensis & Carolae Borboniae negotia curaturus, praesertim vero, ut eam Ludouico Monpensero parenti consilia-
ret. E quamuis improspere tunc valetudine vteretur Languetus, operam tamen suam Principi quem omnium quos nouerat, ut LXXXIX. ad Sydneium epistola scribit, sapientissimum iudicabat, cuiusque summam humanitatem saepius fuerat expertus, denegare non sustinuit, sed quo securior esset aduersus pericula, quibus ii, qui per Galliam iter tunc habebant erant obnoxii, quaesita est solemnis illius Legationis occasio, qua Belgii ordines per Philippum Marnixium Santaldegondium virum belli pacisque artibus egregium, quod
tole-

tolerata maxima cum prudentiae
& fortitudinis laude Antuerpi-
ensis obsidio testatum fecit Bel-
gii principatum certis conditio-
nibus Francisco Valesio Alenco-
nii Duci defererebant. Eo ergo ala-
crior viae se dedit Languetus
quod cum Legationis principe
Santaldegondio maxima illi ne-
cessitudo intercederet : sed cum
Lutetiam simul aduentarent,
rheda qua Languetus vehebatur,
excussa eversa que assidentis gla-
dius in illius faciem impactus
est, tantumque in dextram ge-
nam vulnus infixit ut manante
ubertim sanguine non leue illi
periculum ereatum est : sed vul-
nere diligenter obligato Luteti-
am appulsus, grauissimo post
modum febre correptus est,
quae exiguas corporis vires iti-
neris & studiorum laboribus iam
attritas plane labefactauit, do-
nec

nec instaurato sensim sine sensu
 valetudine, iterum viae se com-
 misit vt eum Legatione Belgica
 Alenconiam in Turonibus, &
 Monpenserium in Pretanis con-
 veniret Agebat tunc Plessiaci A-
 lenconius, arx est Regia altero a
 Caesaroduno Turonum lapide
 distita, vbi post disceptatas vtrin-
 que per aliquot dies conditio-
 nes transactum est vt Alenconi-
 us Dux Brabantiae a Foederatis
 Belgii ordinibus renuntiaretur,
 harumque ditionum Imperium
 simul & tutelam cum supremi
 Principis titulo fusciperet, eas-
 que ab Hispanorum tyrannide
 liberaret. Vix dici potest quam
 beneuole Languetum Alenco-
 nius exceperit, quam benigna
 sermonis significatione propen-
 sam erga illum voluntatem te-
 status fuerit, multa cum eo de
 variis Europae negotiis quae
 tanta

tanta integritatis & solertiae laude administraverat collocutus, multa de Saxonicae Aulae statu quae non nullis religionis fluctibus iactata fuerat, multa de Belgarum animis, multa denique de Arausionensi, quo potissimum auctore, Foederati ordines Alenconium euocauerant. Scribit Famianus Strada e societate Iesu diligens iuxta & elegans rerum Belgicarum scriptor, cum Alenconio transegisse Santaldegondium, clam caeteris Legatis, ab eoque litteras expressisse, quibus Hollandiam Zelandiamque Arausionensi eiusque liberis beneficiarias traditurum se pollicebatur, & hoc quidem se legisse affirmat Strada in arcanis ad Alexandrum Farnesium Parmensem notis, cuius certe rei Languetum participem fuisse & conscium, cur non auctorem? nnl-

e sensu
se com-
Belgica
us, &
is con-
iaci A-
altero a
lapide
s vtrin-
nditio-
enconi-
ederatis
aretur,
perium
upremi
t, eas-
annide
t quam
Alenco-
nigna
ropen-
tem te-
n eo de
s quae
tanta

nullus dubito, quod non potuit illi probro verti, qui priuata Arausionensis negotia venerat curaturus, & e contra iure obiici Santaldegondio, qui rem publicam his pactis prodidisset, sed Alenconi rebus neque fide, neque industria & iudicio administratis in Belgio haec omnia frustra fuere. Hoc anno a Belgarum ordinibus Philippo II. Hispaniarum Regi ob violatas leges, & priuilegia tam solemniter ab eo pridem iurata, Arausionensis impulsu Belgicum imperium abrogatum est, non vno plurimarum gentium exemplo quibus id semper iuris fuit mutuae fidei contractum rescindere, si quid grauius contra illius tabulas fuisset admissum, quod non ferens Philippus Arausionensem proferibi confestim mandauit, instrumentum ea de re Traiecti ad
Mo;

Mofam confectum est. Idibus Martiis, & adiunctis Parmensis cum Montes Hannoniae venisset xvii. Calend. Quintileis, ad vrbium Praefectos & Consules literis publicatum, quo post ex probratorias beneficiorum a Carolo V. parente & a se acceptorum commemorationes, & acerbam eorum quae contra Regem machinatus erat, narrationem Araufionensis tanquam perduellis, sectarius hypocrita, & exulceratae ac praefactae conscientiae alter Cainus ac Iudas (haec nomina ad maiorem inuidiam addita) orbis Christiani pestis & generis humani hostis diris devouetur, bona praedae exponuntur, percussoresque honoribus, diuitiis, impunitate etiam ante peccatorum in caput illius excitantur. Ad hoc programma Araufionensis amplissimo scripto

pto

pto Apologiae nomine respon-
dit, distulit tamen illam in deci-
mum mensem publicare, eamq;
Idibus Decembris Typis excu-
sam in publico ordinum conven-
tu Delfis habito exhibuit, & ad
omnes, quotquot erant, Chri-
stianos Principes transmisit, Ea
eleuatio beneficiis a patre filio-
que acceptis, & contra meritis
propriis suorumque commemo-
ratis obiectas criminationes de
variis in Regem & rempublicam
machinationibus fusc diluit;
porro ad alia rixantium more
prolapsus, quia facto ab Anna
Saxonica vxore disfidio Carolam
Borboniam Monpenserii filiam
inter Sacras Deo virgines educa-
cam in matrimonio habebat A-
causionensis, & vtroque nomine
Anusabatur, Philippo vicissim
contractas cum Isabella Osoria
nuptias, antequam Mariam Lu-
sitani-

sitanicam in vxorem duceret, susceptosque liberos obiiciebat Roderico Gomefio filua parario, post modum corruptam spe nuptiarum Eufrafiam, quam vterum gestantem Antonio Leuae Asculi Principi in matrimonio collocavit, tum resperfos Elizabethae Valesiae coniugis & Caroli filii sanguine penates rege- rit, quod & scripto, cui Tygridis nomen, publice edito, & probationibus, quae penes Regem Elizabethae fratrem essent, constare dicebat. Idque ab eo factum, vt vxore legitima extincta incestuosum cum Anna Anstriaca Maximiliani Caesaris filia ex illius sorore coniugium contraheret. Hanc ordines Apologiã nimiae, vt quibusdã placuit, acerbitatis & amarulentiae, recitari tamen iusserunt & auctoritate sua confirmarunt, quam ideo enarraui fufius,

F

sus,

fius, quod illius auctor publica,
passim fama, quae haud semper
errat, Languetus babeatur, a cu-
ius haeredibus memini me au-
diuisse paucis illum antequam
mortem obiret diebus ad eorum
vnumquemque scripti illius ex-
emplar, quasi a se exarati trans-
misisse, quod tamen ita dictum
velim, vt viri maximi Hugonis
Grotii auctoritati nihil detraha-
tur, qui III. Belgicorum Annali-
um libro scriptum hoc Petro Vil-
lerio homini Gallo, qui suba-
ctum rebus forensibus ingenium
ad religionem docendam & hinc
ad intima Arausionensis consilia
transtulerat, diserte adscribit, a
cuius sententia tum propter sin-
gularem illius eruditionem, cum
exactam non patriae tantum hi-
storiae, sed maximorum etiam
Europae negotiorum, quibus in-
terfuit notitiam, aegre recedo.

Cae

Caeterum ferax hic annus fuit editis quam pluribus libellis ad rempublicam. pertinentibus. Nam praeter Stephani Boetiani Senatoris Burdegalensis librum de spontanea seruitute Gallice scriptum & Francisci Hottomani Franco Galliam, prodire per id temporis vindiciae contra Tyrannos, siue de Principis in populum, populique in Principem legitima potestate. Quamquam vero libri illius fronti praefixum fuerit Stephani Iunii Bruti Cettae nomen: nemo tamen est qui titulum spurium esse statim non intelligat, sed auctori placuit fatale Tyrannis nomen apponere ad renouandam Iunii illius Bruti Regum expulsois memoriam, ex cuius cineribus post annos CCCCLXVI. Brutus alter exortus est, cui nihil praeter rei legitimae & feliciter susceptae

felicem exitum defuic. Sed ad vindicias redeo, quas etsi non nulli tribuere videantur Francisco Hottomano, certissimū tamen est illarum auctorem esse Languetum, cuius rei quamuis aliam deficerent argumenta, sunt autem quam plurima, vnum instar omnium hoc erit, quod modo sum prompturus Antonii Vioni Herouallii fide, quem eo iubentius nomino, quod praeter insignem viri in literatos humanitatem & promptissimum de illis bene merendi studium, arcta cum eo mihi dudum necessitudo intercessit. Narrabat ergo vir rerum nostrarum inter alia scientissimus Henricum III. Galliae & Poloniae Regem, cum publici iuris factum fuisse librum hunc accepisset, subaudiissetque Simonem Gulartium Syluane-
Etensem tenere auctoris nomen,
ad

ad se confestim illum aduocasse, quaesisseque ab eo de libri auctore, cui cum Gulartius praefracte respondisset, non nisi post auctoris obitum nomen illius reuelare sibi licitum esse, quod solemnii sacramento obseruatum se promiserat, Rexque precibus minas adderet, perstitisse tamen in proposito Gulartium, neque precibus neque minis adduci vnquam potuisse, vt priusquam fato functus fuisset Languetus, quod sibi soli commiserat arcanum proderet, raro constantis fidei & amicitiae exemplo. Compositis Arausionensis in Gallia rebus, & conciliata Monpenserio parenti Borbonia, Antuerpnam reuersus est Languetus, & haec quidem peregrinationum illius fuit vltima, nam deinceps ab Arausionensi non discessit, quem consiliis iuuare,

Sed ad
 si non
 francis-
 tamen
 e Lan-
 is alia
 , sunt
 am in-
 d mo-
 antonii
 em eo
 praeter
 huma-
 de il-
 , arcta
 stitudo
 vir re-
 scien-
 lliae &
 publici
 n hunc
 ue Si-
 luane-
 nomen,
 ad

non destitit. Haecenus ea quae de Langueti vita memoriae prodenda fuerunt scripsimus, nunc de illius obitu dicendum est, qui vitae integerrime atque innocentissime peractae plane consentaneus fuit. Medio anni MDLXXXI. autumnno cum forte paulo serius ab Arausionensis aedibus, qui tunc Antuerpiae versabatur, se se domum reciperet, repentino rigore correptus est, rigorem febris excepit ardentissima, & assidua cum siti, Cardialgiis frequentibus, vigiliis, & iactationibus coniuncta, quaeque singulis diebus a vespere in reliquam noctem exacerbationes suas patiebatur, quinto morbi die stillavit e naribus sanguis, fluxit etiam aluus biliosis & serosis excrementis, vnde momentaneum leuamen, sed desinente statim illo alui profluvio septimo

mo die omnia exasperata sunt, hypocondria dura & intenta, vrinæ flammæ, quibus accessit acutissimus capitis dolor, leuis quoque mentis alienatio observata est, facta procul dubio humoris morbifici ad superiores partes metastasi, quæ vbi paululum subsiderunt, aliqua salutis spes affulsit & ipse sibi meliusculæ habere videbatur; nono morbi die stillavit iterum de naribus sanguis, isque subflauus, pauxilla tamen vt antea quantitate, alius etiam mota, sed irrito prorsus conatu, quippe statim substitit; die vndecimo his omnibus symptomatibus spirandi quoque difficultas superuenit, quæ antea non aderat, tractis in consensum partium nutritiarum pulmonibus, iisque vel ab humoris biliosi confertim affluentis multitudine oppressis, vel etiam

quæ
e pro-
nunc
t, qui
inno-
e con-
o anni
forte
nenfis
erpiæ
receptus
arden-
, Car-
iliis, &
quæ-
pere in
erbatio-
o mor-
anguis,
& sero-
menta-
finente
o septi-
mo

iam inflammatis, sicque omnibus in deterius ruentibus & tentatis frustra medicae artis praesidiis, vincente iam malo, neque audiente vim remediorum placidissime mortalitatem exiit pridie Calendas Octob. MDLXXXI hora post meridiem prima, climacterico aetatis anno LXIII. Multa toto morbi decursu post fufas ad Deum preces de emendando Ecclesiae & Reipublicae Christianae statu locutus, multa de Regibus & Principibus, qui omnia ex commodo suo metiuntur, & qui, cum praestantissimum omnium munus, regnandi scilicet, a Deo acceperint, tam nobili & excellenti dignitate ad ludibrium potius quam ad populorum commodum vtantur, transmissa plerumque in nebulonum manus Imperiorum administratione. Hae interdum ex viri cordatis-

datisfimi pectore erumpebant
 querelae. Ita Languetus moriens
 de sua aetate sentiebat. Eius,
 secto cadauere, non alium illius
 fuisse ab initio morbum patuit,
 quam fistrophicam hepatis in-
 flammationem, quae circa diem
 vndecimum ad pulmones etiam
 propagata est, aliquot in vesica
 lapides deprehensi, praegrandis
 vnus inter alios, quibus crucia-
 batur identidem, caeterae cor-
 poris partes integrae, sincerae &
 longiorem vitam portendentes.
 Corpus altero die ad D. Francisci
 tumulatum, funeris pompam,
 quam Senatus populusque Ant-
 verpiensis mortuo legitime de-
 creuit & re ipsa exhibuit, maxi-
 mam, deducente ipso Arausio-
 nensi vna cum Foederatorum
 Belgii ordinum Proceribus, qui
 peractis solemnibus, nihil habu-
 erunt prius, quam vt rerum a

Langueto gestarum scriptarum-
ve commentarii, quos habebat
quam plurimos, seponerentur:
ne in hostium fortasse manus in-
ciderent maximo cum Reipubli-
cae discrimine & damno; caete-
ra haeredibus qui paulo post e
Gallia adfuerunt permiffa. Qui-
bus tamen minime ditati sunt,
cum praeter aliquot signa, vasa,
antiqui operis numismata & li-
bros, omnia illius bona Gallica-
rum librarum vix millibus vi-
ginti aestimata sint, quod mi-
randum in homine, qui cum ma-
xima orbis Christiani negotia
tractasset, maximorumque Prin-
cipum amicitia floruiffet diu, tan-
tae nihilominus moderationis
exemplum posteris reliquit. De-
functo amici superstites monu-
mentum posuerunt memoriae
causa, cuius titulus hic est:

Mo-

MONUMENTUM.

Langueto ab amicis Ant-
werpiae positum.

DEo. Patri. & Domino. Je-
su. Christo. Sacr. Huber-
to. Langueto. viro. nobili. ac.
diferto. nato. vitelli. heduor.
oppido. egregiam. laudem.
in. omni. doctrinae. genere.
iurisque. ciuilis. scientia. pro-
pter. excellens. ingenium.
promptam. memoriam. &
peracre. iudicium. consecu-
to. prudentia. vero. quam. ex.
historiar. diligenti. perscruta-
tione. & plurimorum. cele-
brium. hominum. sedulo.
quaefitis. vndecumq. amici-
tiis. ac. variis. ad. quaslibet.
Europae. nationes. gentes.
vrbes. & principes. missus.
F 6 etiam.

rum-
bebat
ntur:
s in-
publi-
aete-
ost e
Qui-
sunt,
vasa,
& li-
allica-
s vi-
d mi-
n ma-
gotia
Prin-
,tan-
tionis
. De-
monu-
oriae
Mo-

etiam. ad. praecipuos. non-
nullos. peregrinationis. atq.
longo. rer. &. annor. vsu. na-
turae. quadam. vi. non. me-
diocrem. est. adeptus. valde.
praestanti. viro. condicione.
caelib. morum. elegantia.
comitate. grauitateq. perin-
signi. fide. porro. animiq. ma-
gnitudine. sapientia. &. pieta-
te. qui. eas. virtutes. non. so-
lum. in vita. verum. etiam.
quod. caput. est. moriens. in-
testatus. ipse. fufis. ad. Deum.
toto. morbi. quo. decubuit.
tempore. gemitib. &. arden-
tissimis. in. extremum. vsq.
vitae. spiritum. precibus. ha-
bitis. insuper. ad. familiares.
vltro. citroq. de. diuinis. hu-
manis. publicis. priuatisq. reb.

&

& de nostri saeculi, perfidia. variis sermonibus expressit. ob quae scilicet vniuersus ciuitatis aduaticor. senatus. mortuo. funebres honores. legitime. decreuit. req. ipsa. exhibuit. longe clarissimo. amici, superstites. memoriae. caussa. bene. merenti. vixit. annis. LXIII. obiit. prid. Kal. Octobr. MDXXCI.

Langueto corpus fuit iuxta magnitudine constans, paulo tamen depressius, caput optime conformatum, & quod reliquorum exemplar esse possit, capillus in iuuenili aetate sufflauus & densus, in senili etiam non rarus, frons quadrata, erecta & convenienter exporrecta, supercilia bene arcuata, & a se inuicem decenter disiuncta, nasus neque

F 7

ob-

oblongus nimis, neque breuior, extrema sui parte in acutiem paulo obtusam desinens, aures erectae & iustae magnitudinis, oculi belle aperti, neque nimis concaui, neque nimium prominentes, admodum viuidi, in ambitu subnigri, media sui parte leucophaei, suffusione plerumque laborantes, os rotundum & moderate diductum, barba in senectute promissa & bifurca, tota denique facies dignitatis & venerationis plena, rubeo & rosa-ceo colore perfusa, ex quibus omnibus Langueti temperamentum fuisse constat sanguineum, ad biliosum tamen non parum declinans, proptereaque omnium optimum & capeffendis liberalibus disciplinis aptissimum. Quippe qui sunt eiusmodi temperamento praediti, toto genere ingeniosi censentur, prompti, expediti, audaces, elo-

eloquentes, & amabiles. Ex bile enim quandam habent peculiarem subtilitatem, atque adeo efficaciam in dicendo; ex sanguine autem gratiam seueritate atque laetitia egregie temperatam. Superest vt de Langueti moribus qua publicis, qua priuatis loquar. Mira fuit ingenii suauitate, qua potissimum ad demerendos hominum animos factus videbatur, sermones suos dicteris non nunquam iocisque condiebat, citra tamen cuiusquam offensam. Conterminum dolo mendacium vix dici potest, quantum odisset, parum liberalem & ingenuum illum esse subinde dictitans, imo & seruili ingenio praeditum, qui mentiri assueuisset. Caeterum tam rigidus & austerus veritatis cultor, vt ne ioco quidem mentiretur. Ne tantillum quidem temporis sibi perire patiebatur, quidquid enim illud,

illud erat, post curata quibus adhibebatur, publica negotia, aut officiosis Principum & doctorum virorum salutationibus, aut privatis studiis impendebat. Quod cum illi aliquando ab amicis obiceretur, reponebat confestim Ciceronis locum ex oratione pro Archia poeta, qui sic habet: me autem quid pudeat? qui tot annos ita viuo, vt a studiis nullo me vnquam tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit. Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure succenseat, si quantum caeteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad voluptates, & ad ipsam, requiem animi & corporis conceditur temporis, quantum alii tribuunt tempestiuis conuiuuis, quan-

quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumptero. Parcissimus sui laudator fuit Languetus, adeo ut nunquam nisi modeste de se, magnifice vero semper de aliis senserit. Tantam pudoris & verecundiae rationem habuit, ut obscenum ne legere quidem sustineret. Amicitias bonorum & doctorum virorum studiose sibi comparavit, easque summa fide & constantia coluit, plurima cum privatim, tum publice officia exhibens, cum quid illis tristius contigisset, ut Giphanio & Beuthero, quos non tantum e variis eduxit periculis, sed etiam pro ea qua apud viros principes valebat gratia, honoribus & praemiis auferri curavit, clara ingenia quacunque poterat ratione ad liberalium disciplinarum cultum excitant.

ad-
aut
rum
pri-
uod
ob-
stim
e pro
: me
t an-
o me
amo-
axe-
t de-
Qua-
ndat,
eat, si
res
estos
uan-
am,
con-
n alii
iuis,
uan-

tando. Summa fuit in eo humanitas, animi candor, morum integritas, fucus nullus, ostentatio nulla; multiplici praeterea eruditione, prudentia singulari, exquisito iudicio & maximo rerum usu, inuicta animi fortitudine & constantia praeditus fuit. Coelibem vitam amplexus semel constantissime retinuit, doctus magnorum virorum exemplo, qui ut se ingenuarum artium studiis totos manciparent, a nuptiis, quasi perpetuo studiorum impedimento, abstinuerant. Nullas opes magnopere expetiuerat abiecta prorsus rei familiaris vel tuendae vel amplificandae cura: quod esse fato quodam litterarum comparatum diceret, ut quo quis liberaliores disciplinas amplectatur studiosius, illum cogendarum opum sollicitudo prorsus deficiat. Nec operam ideo de-

dederat Languetus, vt adipifce-
retur quidquam praeter illorum
amicitiam, in quibus virtutis a-
morem & ftudium vigere ani-
maduerteret, quod non infelici-
ter tentauit. Erat in fupellecti-
le, veftitu reliquoque apparatu
domestico magis elegans quam
fumptuofus: fed cum publicam
personam fuffinuit, quod variis
legationibus fungenti contigit,
nemo maiori cum dignitate &
splendore vitae, magis liberali
negotia publica tractauit, &
quamuis diu ac fere femper, vt
ipfe fatetur in epiftolis, fuerit in
re tenui, Principum tamen qui-
bus adhaefit fubleuatus benefi-
ciis, tanto cum cultu & munditia
vixit, vt nihil vnquam quod ad
illorum laudem & gloriam per-
tineret omiferit. Peregrinandi
amore, quem aſtrum fuum nun-
cupare solebat, percitus, fingulas
quot

quotquot sunt orbis Christiani
regiones veterum Philosopho-
rum more, qui aetates suas in
perpetua peregrinatione transi-
gebant, peragrauit, non perfun-
ctorie quidem, vt plerique qui-
bus peregrinationes videntur,
esse pro otio, sed Regum, Princi-
pum, & doctorum virorum mo-
res, dicta factaque adnotando,
inscriptiones antiquas quaqua
versum obseruando, indagando,
veterem denique Geographiam
quam ad vnguem tenuit, cum
noua comparando. Sed nullig iti-
neris fuerat illi iucundior & sua-
vior recordatio, quam illius
quod ad extremum septemtrio-
nem & ipsam pene arcton susce-
pit. Multa enim in iis regionibus
obseruauit, quae nemo docere il-
lum potuisset, nec etiam si ab a-
lio audiuisset credidisset ipse. Ex
iis autem orbis Christiani pro-
vin-

vinciis, quas tanta diligentia perlustravit Languetus, nulla minus illum tenuit, quam quae illi ortum dederat Burgundia; Germania ubi maiorem aetatis partem contriuit, quasi altera patria contentus, cum se ubique exulem esse diceret. Caeterum in orando & suadendo nullus eo potentior, nemo eos cum quibus agendum illi fuit, in omnem partem versare & quo tandem vellet impellere doctior, adeo ut nihil quidquam tractandum susceperit, quod ad optatum finem non perduxerit. Quod non mirum videri debet, cum ad rem publicam administrandam non accesserit, nisi omnibus instructo praesidiis, quae tanti momenti negotiis conueniunt. Nulla etenim eum fugerant monumenta ad rempublicam pertinentia, nulla quae ad compe-

scen-

tiani
pho-
s in
nsi-
fun-
qui-
ur,
nci-
mo-
ndo,
qua
ndo,
iam
um
iti-
sua-
lius
rio-
sce-
bus
e il-
b a-
Ex
pro-
vin-

scendum religionis tunc in Germania concussae, & diu fluctuantis dissidium facerent. Omnes omnium regnorum ac populorum historias & annales in numero habuit. Proinde iura Principum in subditos, populorum erga Principes officia & quae illorum vtrisque intererant, nemo erat, qui teneret melius. Is denique fuit Languetus qui quamuis ardua & maximi momenti negotia administrasset, totoque vitae decursu in Regum Principumque aulis fuisset versatus, nihil ubique labis contraxit: sed eundem semper animi candorem qui in paucissimis reperitur seruauit, dignus fane qui in ea incidisset tempora in quibus plus virtuti fuisset tributum. Sed cur in illius saeculi iniquitatem inuehor, ecce enim Ioannis Matalii Metelli ICTi
Se-

Sequani ad Combesium Langueti fratrem epistola, qua Augustum Saxoniae VIIvirum Langueto ob ingentia in se merita dignum utroque Coenotaphium decreuisse, nec eo contentum iussisse etiam perquiri vndequaque monumenta, commentarios & argumenta quibus pro merito suo laudaretur voce & scripto Languetus, eiusque vita aeternae hominum memoriae mandaretur. Haec, officiorum sibi a Langueto praestitorum non omnino immemor Augustus sentiebat eo recens defuncto; sed ut brevis, fluxa & caduca est apud Principes meritorum recordatio, ita & Coenotaphii tercentum tallerorum pretio exstruendi, cui titulum Metellus ipse prosa & carmine ex Saxonis praescripto ponendum destinavit, eiusque vitae conscribendae cura
bre-

Ger-
uan-
es o-
pulo-
nu-
iura
pulo-
cia &
nter-
t me-
ngue-
maxi-
mini-
rsu in
is fu-
e labis
emper
aucis-
lignus
mpora
let tri-
laecu-
ecce e-
lli ICTi
Se-

breui euanuit. Sed quem negavit Langueti memoriae tumulum Augustus, amici praestitere, vt superius diximus. Vitam porro eius vtinam qui suscepit describendam, ea prouincia fuisset defunctus, maiori scilicet eam verborum elegantia, sermonis ornatu, & sententiarum pondere illustrasset, sed non maiori, vt opinor, fide & diligentia. Amicis vsus est Languetus & viris optimis & doctissimis, quorum praeter a me iam dictos obiter accuratam recensitionem hic instituo ; quia Langueti vitam scribentem puderet amicorum illius non meminisse. Inter eos autem primas facile partes tenuit Arnaldus Ferrerius in Senatus Parisiensis Inquisitionum classe Praeses, qui postquam concilio Tridentino Regis nomine summa cum dignitate interfuisset, ad

ad Venetos orator missus, maxima
regni negotia diu splendideque,
ac fideliter administrauit, tanto-
que rei familiaris dispendio, vt ni-
si eum Henricus IV. tunc Navar-
rae Rex benigne excepisset & su-
bleuasset, aere alieno prope fuisset
demersus, Vir certe qui Michaë-
le Hospitalio iudice, quo vel pru-
dentio rem, vel patriae amantio-
rem, vel doctiorem fuisse cancel-
lariorum neminem inter omnes
omnium ordinum homines con-
stat, unus censebatur, cui supre-
ma iuris publici praefectura merito
committeretur. Vidus etiam Fa-
ber Pybracius vt Ferrerii in con-
fessu Tridentino collega, ita & in
Langueti amicitia focius, qui
cum ab Henrico Galliae & Poloniae
Rege in Poloniam remeare iussus
fuisset, vt eius nomine Regni Co-
mitiis interesset, Gallicique nomi-
nis dignitatem pro ea, qua vale-
bat

G

bat

bat prudentia, rerum vfu & facundia tueretur; res eo tandem pervenere, vt Henrico Poloniae Regnum abrogaretur, & Comitia de noui Regis electione indicerentur, iamque inter regnum esse perinde, ac si Rex defunctus esset, a publico praecone proclamaretur, cum Pybracius ex Langueti consilio, rem indignam arbitratus, si se praesente de nouo Rege eligendo deliberaretur, relicta Polonia confestim in Galliam praecipitantes autumnno reuersus est: vbi gloriae & annorum plenus procul a rebus viuere desiit. Philippus praeterea Sydneius Anglus Henrici Hiberniae proregis F. qui Languetum parentis nomine dignabatur, quemque vicissim Languetus paterno, quoad vixit, amore profecutus est, quod scriptae ad illum epistolae testantur, quibus rerum scitu dignarum,

col-

Collatis vtriusque observationibus nobile inter eos scribendi commercium alebatur. Is a Langueto per omnes liberalium disciplinarum gradus quasi manductus est, nihil quippe eorum praetermiserat vir optimus, quae ad perfectam patricii adolescentis institutionem pertinerent. Et primo quidem historiarum lectionem veluti omnium maxime necessariam illi suaferat, qui regendis imperio populis destinabatur. Laudabat etiam, quod aliquid studii Astronomiae impenderet, cuius qui essent prorsus ignari, Cosmographica intelligere non possent; qui vero legerent historias absque praeuia Cosmographiae cognitione, videri sibi non absimiles illis, qui noctu iter faciunt. Tum Sydneio auctor fuit, ut latinam linguam perite addisceret, legeretque ideo vtriusque

que Ciceronis epistolarum volumen diligenter, non tantum ob latini sermonis elegantiam, sed etiam ob res grauiſſimas, quæ iis continentur. Nullibi enim melius explicatae sunt causae, quae Romanam Rempublicam in exitium præcipitauerunt, præsertim vero earum epistolarum libros VII & VIII, quas ad Atticum scripsit, assidua lectione vsurparet: Hac scilicet temporum illorum historiae loco esse possunt, adeo res seu a Cæsare, seu a Pompeio gestas diligenter & singulatim persequitur. Et quam bene Langueti conatibus responderit Sydnei institutio hinc liquet, quod vix anno XXX. natus peragratis omnibus Europae regionibus ab Elisabetha Angliæ Regina ad Cæsarem caeterosque Imperii Principes extra ordinem Legatus, de rebus grauiſſimis acturus, missus fuerit; vnde

vnde
gan
lyſſi
adm
bert
trem
dini
min
dua
X. C
plur
est,
toru
pula
luct
nae
goti
stuc
inst
gue
Fra
qu
ta, a
qui

vnde postmodum a toga ad sagam repente traductus est, & Vlyssinganae militari praefecturae admotus, quam dum post Robertum Dudleium matris fratrem maxima, seu bellicae fortitudinis, seu integritatis laude administrat ad Zutphaniam cum duabus equitum alis excurrens X. Calend. Octobris MDLXXXVI. plurimis vulneribus confossus est, ingenti non minus Foederatorum Belgii ordinum, quam popularium suorum moerore ac luctu. Philippus etiam Mor-naeus Plessius vir & aulicis negotiis innutritus, & Theologicis studiis supra generis sui sortem instructus. qui primum Langueto innotuerat autumnalibus Francofurti nundinis MDLXIX, a quo plurima hauserat documenta, ad eos potissimum pertinentia, qui peregrinandi amore tene-

rentur. Cum vero Plessium audiret Languetus ad profectiorem Italicam se accingere, literas ad Paulum Foxium, qui tunc apud Venetos Legati Regii munere fungebatur, dedit, quibus pro ea, qua apud illum valebat gratia, proficiscentem in Italiam Plessium commendabat, quod non frustra fuit, nullum officii genus omittente Foxio, quo seu Languetum, seu illius causa Plessium demeretur. Reuersum demum in Galliam Plessium Henrici IV. tunc Nauarrae Regis arcanorum omnium participem factum, quam maximis potuit hortationibus impulit Languetus, vt ad scribendam sui temporis historiam animum conuerteret, nec hortari contentus etiam commentarios rerum a se procuratarum contulit, & alios vndequaue ab amicis impetrauit, quo-

quorum fide Plesius historiam
latine orsus fuerat ab an. MDLXX.
cuius autographum cum sarcini-
nis & vniuersa supellectile a
praedonibus direptum est anno
MDLXVIII. cum ex Anglia in
Batauiam traiceret, nec vsquam
reperitum, quamuis Elisabethae
Angliae Reginae iussu sollicitè
perquisitum, quae huius sceleris
& aliorum quam plurimum reos
in crucem egit. Tantus autem
fuit Langueti in Plesium amor,
vt cum vltimo morbo Antuer-
piae decumberet, & abesset tunc
Plesius, Carolam Aubalitam
Plesii coniugem obtestatus
fuerit, sibi abunde etiam mori-
enti satisfactum fore, si Plesium
semel adhuc fuisset amplexus.
Meminisset ille porro in ita pri-
dem inter eos amicitiae, & quem
vium amauerat, amaret & mor-
tuum, idque publico elogio te-

staretur, cum primum vulgandi alicuius operis occasio se daret; quod egregie a Plesio praestitum est, cum de veritate religionis Christianae librum varia eruditione refertum aduersus Aethios, Epicureos, Ethnicos, Iudaeos Mahumedistas, & alia huiusmodi hominum monstra, gallice primo scriptum, postea latino sermone versum, publicauit cum sequente ad Lectorem praefatione.

LECTORI BENEVOLOS.

HAbes, Lector beneuole, librum nostrum de veritate Religionis Christianae latine iam redditum, quem anno superiore Gallice edideramus, Gallus nimirum Galliae primum prodesse studebam, Christianus Christi regnum in omnes orbis partes haud dubie diffundendum;

dum, faxit Deus, vt aliqua ex parte promouere possim. Autor vertendi nobis idem, qui edendi fuit Hubertus Languetus V. C. toto orbe Christiano imprimis notus, sed qui consilio praefuerat morte praereptus nostris conatibus adesse & superesse non potuit. Doluerunt tanti viri obitum, qui nouerant omnes. Ego, quem vnice venerabar parentis loco, vnice defleui. Vt vero animum recolligere licuit, subibat subinde mentem illud Esaiiae Cap. LVII. Iustus obiit; nec est, qui animum aduertat, sublatus est pius; nec est, qui intelligat ereptum esse eum malo, vt introducatur in pacem, Languetus hic noster, quis fuerit, pauci nostra aetate rogabunt: quia plerique norant; at nosse debent omnes, qui omnium vtilitati, si quis vnquam, consuluit. Debent

G 5

prae-

algandi
daret;
praesti-
religio-
ia eru-
Athe-
udaeos
usmo-
gallice
latino
it cum
praefa-

LOS.
ole, li-
eritate
latine,
supe-
, Gal-
rimum
tianus
s orbis
nden-
dum;

praesertim posteris, quorum nemo studiosior vixit. Dicam quod sentio, & vero quod res est, certavit in hoc viro cum pietate doctrina, cum conscientia scientia, cum natura ars, cum disciplina, rerum usus. Nemini mundus melius cognitus. Ex mundi perillustratione vnum didicerat mundi contemptum. Nemini etiam mores hominum magis peruii. In tam multiplici interim cognitione tantam morum simplicitatem nemo non mirabatur; ne pluribus is fuit Languetus, quem plerique videri volunt; is vixit quem optimi mori cupiunt, & porro vitam optime actam mors optima, mors placidissima, mors in Christo beatissima, & beatissimæ vitæ proxima laude & gloria coronavit. Ego certe quod mihi vnum super est hominis memoriam colam

lam, dum viuam, recolet & liber
hic noster dum supererit, dum
viuet.

Venit & in Langueti amicitiae
partem Petrus Bizarus Sentinas,
alii Perusinum dicunt, non tan-
tum Perficarum & Genuensium
rerum scriptor nobilissimus; sed
etiam eloquentiae laude inter
eos, qui hoc stadium decurre-
bant clarissimus. Qui cum in An-
glia delituisse potius, quam vi-
xisset, totosque annos XV. egis-
set inglorius nec pene etiam co-
gnitus, tandem in Germaniam
venit, & in Saxoniae VIIviri fa-
miliam procurante Langueto
adscitus est. Vbi magna cum no-
minis fama & existimatione diu
vixit, amplissimis optimi Princi-
pis, cui rerum Perficarum histo-
riam inscripsit, subleuatus sti-
pendiis. His annumerandus
est Obertus Giphanius Burae in

G 6

Sicam-

Sicambris natus, philosophiae & iuris ciuilis scientia clarissimus. qui postquam in Belgio & Gallia politioribus literis operam dedisset, hanc semper discendi docendique rationem secutus est, vt grauioribus disciplinis, antiquitatis cognitionem adiungeret; Lustrata primum Italia, Philosophiam Argentorati professus fortunam vtramque expertus est, & durissimo carcere in ea ciuitate mancipatus, quo Langueti cura & sollicitudine, qui tunc Saxonis nomine Legatum apud Cæsarem agebat, tandem liberatus est; vnde Altorphium; demum Ingolstadtium nominis illius fama iam inclarescente, profectus ad publicam iuris professionem vocatus est, qua per annos aliquot tanto cum plausu defunctus fuit, vt magnis stipendiis inuitatus in Aulam Cæsare-

saream migrauerit, vbi consilia-
rii Caesarei titulo ornatus est,
postquam eiurata Protestan-
tum doctrina, cui adolescens
nomen dederat, ad maiorum
sacra rediisset. Nec te praete-
ritum velim, Philippe Canaee,
quem a clientelari fundo Fra-
xineum nuncupabant. Is cum
adolescenciam diuturnis in O-
rientem & Septemtrionem pe-
regrinationibus exercuisset, a-
nimumque multiplicibus lin-
guarum, ac scientiarum disci-
plinis excoluisset, variis subin-
de in Britanniam, Belgium, &
Germaniam per difficillima
Galliae tempora Legationibus
res arduas prudenter, ac felici-
ter, composuit; vnde postea ad
Venetos orator missus exortum
inter Paulum V. Pontificem,
Maximum & Rempublicam Ve-
netam ob Apostolicae pote-
statis

statis fines dissidium, tanta prudentiae laude, vna cum Francisco Cardinale Ioufa diremit, vt quo iam Italia ardere coeperat, incendium restrinxerit. His merito accensebitur Fabianus Burggravius a Dhona, vir pace belloque egregius, qui variis ad varios Principes Legationibus functus, non minus ab eximia eruditione, quam ab illustri genere commendabatur, quibus omnibus maximum rerum vsum peragrandis iis regionibus, quae in orbe Christiano cultissimae habentur, comparatum addiderat, & singularem imprimis humanitatem, ac supra quam in viro militari esse soleat. Scribit quidem Gerardus Ioannes Vossius in illius vita Fabianum, auctore Langveto ac suasore in Ioannis Casimiri Comitis Palatini familiam migrasse,

se, qua tunc non erat illustrius
 artis militaris in Germania Tyz
 ronicium, solitumque illum,
 profiteri, numquam se nisi vel
 doctiorem, vel meliorem a Lan-
 gueto rediisse. Meruit quo-
 que & in Langueti amicorum,
 albo inscribi Ioannes Wolfius
 Caroli Marchionis Badensis
 Confiliarius, vir in vertendis
 Graecorum libris feliciter &
 cum laude versatus, qui cum
 Roberti Guaguini rerum Gal-
 licarum annales iterum edi cu-
 raret MDLXXVII, eosque Mar-
 quardo ab Halstain Spirensi E-
 piscopo dicaret, postquam de iis
 historiae qui scribendae, operam
 posuerunt, aliqua praefatus fuit,
 haec subiungit. Ex quibus o-
 mnibus meo quidem iudicio
 praeferri caeteris debent, qui ipsi
 negotiis, bellis & Legationibus
 operam praestiterunt, maxi-
 mum-

mumque rerum illarum de quibus scribunt subierunt vsum, vt olim Thucydides, Polybius, Xenophon, & nostra aetate Cominaeus Hieronymus Lascus, Guicciardinus, Herbersteinus, Bellaius & hodie adhuc floret Hubertus Languetus, vir virtute, ingenio & experientia clarissimus. Mitto innumeros cum dignitate, tum doctrina insignes viros, qui Langueti amicitia floruerunt, quos si recensere vellem singulos dies me deficeret, & horum quidem extant apud me scriptae ad Languetum epistolae, quibus omnibus coronidis vice fatis mihi fuerit addidisse infra scriptos, ac primo quidem Martinum Berzeuicium Transyluaniae Cancellarium, Richardum Streinium Baronem Austriacum rerum scriptarum gloria non minus, quam

auita

auita nobilitate illustrem, Ioa-
 chimum vtrumque Camerari-
 um, Ioannem Cratonem Medi-
 cum Caesareum, Carolum Clu-
 sium Attrebatem Sterpium sci-
 entia clarissimum, Theodorum
 Bezam, Robertum Belum An-
 glum, variis Elisabethae Angliae
 Reginae nomine legationibus
 defunctum, Ioannem Skenaeum
 Scotum patriarum legum inter-
 pretem, Ioannem Matalium
 Metellum Sequanum Hubertum
 Paulum Velspergum, Iacobum
 Monauium, Sebastianum Ca-
 stalionem, Franciscum Hotto-
 mannum, Thomam Redigerum
 & tam bene de Graeca lingua
 meritum Henricum Stephanum
 Roberti F. qui tandiu laudabitur,
 quandiu rei Literariae memo-
 ria manebit, manebitque
 aeternum.

HVB.

HVB. LANGVETI

OPERVVM

SEV EDITORVM SEV MSS.
SYLLABVS.

I. EPISTOLAE Secretae ad Prin-
cipem suum Augustum Sax.
Ducem S. R. I. Septemvium.
Ex archiuo Saxonico descri-
ptas edidit Ioh. Petr. Ludoui-
cus, Halae Hermundurorum
clo 10 XCCIX. in 4t.

II. EPISTOLAE XCVI politicae &
historicae ad Philippum Syd-
naeum Equitem Anglum,
Vlyssingensem Gubernatorem
in 12mo.

III. EPISTOLAE CIII ad Ioachi-
mum Camerarium patrem, &
Ioachimum Camerarium F. e-
ditae, a Ludouico Ioachimi F.
Ioachimi Nep. Camerario Con-
siliario Regio Suecico & Exleg.
Epistolae IV. ad Fabianum
Burg-

Burggrauium a Dhona eodem editore.

Epistola I. ad Martinum Berzeuicium, Seren. Poloniae Regis Confiliarium, & Transylvaniae Cancellarium, eodem editore. Vno volumine tripartitae Epistolae extant in 12. Idem volumen nuper, curante Carpzouio, Lipsiae recusum est, XXII. Epistolis ad Augustum Sax. Electorem auctum.

IV. HISTORICA DESCRIPTIO susceptae a Caesarea Maiestate executionis Augusto Saxoniae Septemuiro Duce contra S. Rom Imperii rebellem, eorumque receptatorem & captæ Urbis Gothae, soloque aequaticastri Grimmenstenii XIII April. M D LXVII. edit. 4t. 1568. Idem Scriptum, eodem anno, eademque forma, prodiit etiam Germanice.

V. HARANGVE FAITE, AV ROY
CHAA-

CHARLES IX. de la paix des
Princes Protestants d'Allema-
gne M. D. LXX.

VI. VINDICIAE CONTRA TYRAN-
nos, siue de Principis in po-
pulum, populique in Princi-
pem legitima potestate, Ste-
phano Iunio Bruto Celta au-
ctore M. D. LXXIX.

VII. APOLOGIE ou defense de
Guillaume Prince d'Orange
contre le ban & Edit parole
Roy d'Espagne, presentes a
Messieurs les Estats Generaux
de Pays bas M. D. LXXXI.

VIII. DISCOVRS DES ESTATS DE
L'EMPIRE MS. in bibliotheca
Thuanea.



les
na-

N-
o-
ci-
te-
u-

de
ge
le
s a
ux

DE
ca

2
3108

ULB Halle


3

004 709 012



DM7

30.5




Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



arre.
A
GVETI.
DOVICVS,
rofessor.
VSARRAT
LENSIS.
De la précédente
e Nicéron, Tom. III.

